Universitätsbibliothek Paderborn

# Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 5974.

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4

2da editio Ebert 6846.

# Lamentationes Obſcurorum virorum. non prohibite per ſedem Apoſtolicam.

Epiſtola D. Eraſmi Roterodami: quid de obſcuris ſentiat, cū ceteris quibuſdā: nō minus lectu iucūdis q̃ cognitu neceſſarijs.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Apollo delphicus. Doctori Gryllo obſcuroꝝ virorum preceptori. S.p.d.

Habeo diſcipulos quoſdā tue cōmiſſos fidei. quos niſi meliorē docueris diſciplinā. muſas proculdubio ꝯſtuprabunt. q̄ mihi die noctuq; ꝯiūctiſſime ſunt. Valde em̄ illos timeo nō ꝓpter eorum probitatem. ſed nequicias ſolum. Audaces ſunt. temerarij quoq; ⁊ impudentes. nihilq; apud eos loci virtus habet Vide ne vulgare illud ꝓuerbiū populus ingeminet. Qualis magiſter. tales ⁊ diſcipuli eius. Caue montem aſcendant pernaſum. ne nouam ibi ſomnient hereſim. nouamq; excudant blaſphemiā. Si in ſacratiſſimas ſedis apoſtolice indulgentias cacare audent. nulli dubium. quin ⁊ heliconem mihi ac muſis ſacrū. ⁊ ex quo bibere ſuū ſolitꝰ ſuis ꝯuiciorū ſtercoribꝰ coinq̄nabūt. Si nō hꝫ alios ſui defenſores Capnion meus. ſuū oculare ſpeculū cōburat neceſſe eſt. Quapropter ſi carnificū tibi virge non ſufficiunt. ferreas cape. et quibus apud inferos cacodemones vtūtur. vt eorum viſcera duris torqueantur verberibꝰ. Deinde cimmerios petant. iuxta baias in cauernis plutonem adorantes. Quod ſi illis diſplicuerit. vltra Sauromathas fugiāt. aut in Caſpijs montibꝰ cū Gog ⁊ Magog perpetuo exulent. ne ſtudijs cōmunibꝰ obeſſe videātur. Digni em̄ ſunt ſcalis gemonijs. qui ſub obſcuro ſuorum nominū velamine. omnia diuina atq; humana confundūt. Que ſi inualuerit maloꝝ licentia. nemo ſub ſole principū ab impudētibꝰ lenonū cōuitijs liber erit. Si poete ſunt. peſſimi profecto ſunt. nec diuino quidē ſed diabolico furore pleni. Precipimus itaq; bonis omībꝰ ⁊ veris potiſſimū poetis. vt tam maleuolum genus hominū perpetuo deteſtentur. Vale. Ex monte pernaſo. et doctorem braetſpis meis verbis plurimum ſalutato.

Τελος.

# Lamẽtationes Obſcuroꝝ.

¶ Simon Lutzbubularius. Joāni peltzflickerio. S. p. d.

Heu ꝗꝫ precipiti merſa profundo
Mens hebet. ⁊ propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras
Heu me miſerū. heu nos infelices. ꝗꝫ obſcura nube no/
ſtri caligāt oculi ⁊ mentis vigor elanguit. Sauiſi q̇dez eramꝰ nos
obſcuri ſolū Reuchliniſte ⁊ iucūdo manuū plauſu. amicoꝝ nr̄oꝝ
gratulabamur ep̄lis. Sed neſcio (hei nobis miſeris) q̇d obſtreperi
rumoris. excitare nobis videat̃ Zacharias q̇dam cognomēto Lu
cenſis. cuiꝰ mihi nuꝑ rn̄ſiones quaſdā. in noſtras ep̄las muſis (ni
fallar) ⁊ Apolline dignas. primis hiſce diebꝫ. reuidendas miſiſti.
Melius eſt ire nūc ad domū luctus ꝗꝫ ad domū ꝯuiuij. Lamēta/
tionibꝫ opus eſt (ꝗtū mihi videre videor) nō exultatōe. lachrymis
nō deoꝝ cibo. Vereor admodū ne dū ſimplices ac ſynceri chriſtifi
deles plene iam ſapere ceperint nr̄a myſteria. q̄s alij neq̄tias. alij
blaſphemias. alij ꝓ nebulonū verſutias (neſcio q̄ ducti ſpū) appel
litāt. Vereor inquā ne et hi. quoꝝ defenſione ⁊ aſſiſtētia gloriati ſu/
mus in ꝯtrariatū verſi Crucis ſignū ac indulgētias ꝑmerdari. Tu
nicā Jeſu chriſti pediculoſam nūcupare veſtē. Regū corpora Co/
lonie repoſita. ⁊ ſummis honoribꝫ. a maximis quibuſqꝫ in eccl'ia
hactenꝰ venerata. veluti ruſticos ex weſtphalia rideri. ⁊ alia his ſi
milia. triſti aīo ferre. deteſtari. ꝑſequi. debitaqꝫ tādem aīaduerſione
adhibita. punire nos oēs ꝑgāt ⁊ in ſterq̇liniū infamie ꝯiectent. O
ꝗꝫ mihi metuo. nec mēdacijs (vt video) nitendū eſt. nec eoꝝ patri.
Juua me obſecro ꝯſilijs tuis. Nam ſiti enectꝰ eſt Tātalus. Vale
diu. Lutetij ex porcina iudeoꝝ hara Anno. M. ccccc. xviij

¶ Joānes peltzflickerius Simoni bubutzbulario
Scrophe filio. S. p. d.

Accepi lr̄ās tuas mi ſuauiſſime Joānes. quibꝫ ꝯtinuo lectis
in extaſim corrui. ac denſiſſimā fere domꝰ poſtez capite meo
infregiſſem. Accurrūt amici. ꝯfluūt vicini. ꝯtrectat venā medicꝰ.
His oībꝫ pactis. ac cena tandez opipare inſtructa. legi aſſidentibꝫ
tuas ad me lr̄ās. tacuere oēs qui aderāt pre timore. attamē q̄r oīa
nobis licere putabāt. rumorē vulgo diſcuſſuz parui fecere. Audio
tn̄ quorūdā haberi colloquia. q̇ poetas quoſdā bonos ⁊ ſapientes
eſſe dixerūt Chriſti opprobria deflentes. eoſqꝫ crucē ꝑmerdari ⁊ ri/
deri triſtiſſimo ferre aīo palā affirmabāt. O nos miſeros ⁊ infeli/
ces Nō poſſum te ꝯſolari ſuꝑ his rebꝫ. quū nihil pre ſe ferāt (vt in
ter nos loquar) ꝓbitatis. Omīa in p̄cipiti rotant̃. nemo noſtrū ſi
qui nō luctu ac merore ⁊ in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſomnicu

loſe inſtar gliris ꝯtabeſcat Nulli tñ noſtrũ ꝯcidat animꝰ. Plures
eñi numero theologis ſumꝰ. nec illi nos ſophiſticis ſuis ſyllogiſ/
mis aut libris ſentẽtiaꝝ ꝯuincent. q̄ ꝑter doctores eccl'ie legerũt ni/
hil. nec illud q̄dẽ virgilianũ intelligunt Coridon ardebat Alexis.
Vale ex Buckelmũda Anno quo ſupra.

¶ Joãnes pellifex Bernhardo plumilegio. S.

NOui te eſſe aſtrologũ ⁊ capitulum Valerij maximi de ſom
nijs lectitaſſe. te quoqꝫ eē ⁊ haruſpicē ⁊ nigromãticũ. Qua/
re te oro atqꝫ obſecro vt corpe ſpherico rite diligẽterqꝫ a te ꝑſpec/
to hoc mihi diſſoluas portentũ. Dormitãti mihi hac nocte pluri
mũqꝫ ſtertẽti. triſtis q̄dã imago apparuit. q̄ me in penetralibus in
timis cubãtē. terrēs q̄etē ſomni dulciſſimã interrupit. noctis q̄qꝫ
fecit excubias ⁊ lachrymabili voce ac planctu pectoris iuxta lectu
lũ ſtans. magnos effudit eiulatꝰ Quid hec portendãt ignoro Ti/
meo inferni potiꝰ q̄ꝫ ſupni Jouis fuiſſe imaginē. nobiſqꝫ nonnihil
infelicitatis īminere. Vale. ex Liptzich anno quo ſupra

¶ Bernhardus plumilegiꝰ Joãni pellifici. S. p. d.

QVas mihi miſiſti lrãs ingratiſſime fuerunt. Addidiſti dolo
rem dolori. ⁊ ſemimortuũ pene interfeciſti. Nõ eſt aſtrologia
opus in tuo ſomnio diſcutiẽdo. nõ in aſtris res hec ſita eſt. ſꝫ ī ho/
minũ nobis aduerſantiũ volũtate Sume ꝑus animũ. ne q̄ꝺ nunc
ſcripturus ſum te in terrã ꝓſternat. Jntraui nuꝑ eccl'iam diue vir
ginis. ⁊ ecce q̄dã cucullatus ſacerdos. ſacre theologie doctor. om
nibꝫ illic ꝑſentibꝫ. breue quoddã aplicũ oſtendit. illiuſqꝫ ſententiaꝫ
mēbratim declarauit. Dixit aũt in eo ꝯtineri. ſanctiſſimũ dñm no
ſtrũ Leonē papã decimuꝫ. oībꝫ nobis maledixiſſe. noſqꝫ a nullo in
terris ſacerdote (excepta tñ mortis hora) abſolui vnq̄ꝫ poſſe. Adie/
cit quoqꝫ idipm de impſſoribꝫ. venditoribꝫ. ⁊ lectoribꝫ intelligēdũ
Alia inſuꝑ in eodem breui cõtinent̄ que magis auditu horrenda
ſunt: Beatiſſimũ ſcꝫ patrē noſtrũ Leonē decreuiſſe. ꝙ quilibet chri/
ſtianꝰ ſub pena excõicatõnis late ſentẽtie. debeat noſtras ep'las ſiue
de ꝓma editõe ſint ſiue de quarta. intra tres dies ꝯburere. q̄qꝫ nemo
chriſtifideliũ ſub eadē pena illas vnq̄ꝫ legere attentet. quũ in ſcan/
dalũ chriſti ſint ⁊ totiꝰ eccl'ie catholice. Poſtremo ꝑcipit cunctis.
vt noſtri notitiã habẽtes ſuis nos ꝓdant iudicibꝫ q̄ meritas da/
re penas cogamur. Hec boni ꝯſulas velim. teqꝫ q̄ꝫtũ poſſibile eſt
ꝯſoleris. Nam ego (vt ingenue tibi fatear) ita ſum aīo ꝓſternatus
vt me fortaſſe viuũ poſthac viſurꝰ ſis nũq̄ꝫ Scribe iterea ceterꝭ ꝯtri
bulibꝫ nr̄is rem oēm. ne ſoli in miſerijs eſſe videamur Nã dulce eſt
ſociũ habere in penis. Vale. Ex wittēberch cũ ſacco ꝑ ciuitatē ⁊c.

¶ Joãnes pellifex. Bernhardo plumilegio. S.

TRiſtius nũq̄ꝫ habui ſomniũ. ſeueriorē nũq̄ꝫ ſomnioꝝ inter/
pretē. Proh Juppiter. proh dij īmortales. q̄ꝫtis nunc arta/

mur anguſtijs Neſcio quo me cõſoler. q̄bꝰ q̄rar. aut q̄ inſiſtã viã dolores ꝑfecto inferni. nos (vt video) circũdederunt. ne tñ ſoli nos (quēadmodũ tibi placet) in miſeriarũ ſterquilinio delituiſſe videamur. breuis illius apoſtolici exẽplar. ꝓ quſq; moriar ad me dato. vt oẽs trepidos atq; anxios reddã Tu vero q̄s habes epiſtolas nolito flãmis tradere. qꝛ nõ opus eſt nos plura ſacerdoti in cõfeſſione referre. q̄3 illũ ſcire velimus. Vale ex Dulmania ꝛc̄.

¶ Bernhardus plumilegius Joãni pellifici

Iam mala me ſcabies iã morbꝰ regius vrget Jam phanaticus Error et iracũda Diana. Me miſerũ. Sũ plena cruoris irudo. Quod mihi de peccatis falſo cõfitendis ſcripſiſti. ſummopere mihi placet Poſſumꝰ eq̄ hoc feſto paſchatis ac deīn alijs aliquot ſubſequētibꝰ feſtis. vel alio proficiſci. vel nõ redire domũ abſentes. taliq; ludo nos ſemꝑ chriſtianos agere. donec clarior phebꝰ nobis illuxerit Mitto tibi. hiſce meis l̄ris incluſum breuis apoſtolici exẽplar. q̄d ne in manus religioſoꝝ veniat. tui erit officij prouidere. Paulo validior ſum et Epicuro ſuũ ſagino porcũ. Vale ex lyptzick.

# Leo papa decimus

Vniuerſis ꝛ ſingulis ꝑſentes l̄ras inſpecturis Salutē ꝛ aplicã benedictiõe3 Intelleximꝰ nõ ſine graui animi moleſtia nõnullos iniq̄tatis filios. a q̄rũ oculis dei atq; hoim̄ timor abceſſit. improba ac dãnabilr ꝛ temeraria loq̄citate ductos quēdam libellũ famoſum Cuius titulus eſt. Ep̄le obſcuroꝝ viroꝝ ad venerabilē viꝝ magiſtrũ Ortwinum Gratiũ Dauētrienſem Colonie Agrippine bonas l̄ras docentē. et reliq̄ edere. et editũ imꝑmi facere. atq; ad diuerſas orbis ꝓuincias. quo coꝝ temeritas notior fieret. et ſcãdaloꝝ materiã diffuſius ſeminarēt mittere ꝑſumpſiſſe. In quo libello iter cetera cõtra ſacre Theologie et ꝑcipue ordinis fratrũ Predicatoꝝ profeſſores. et Colonien̄ ac Parrhiſien̄ Studioꝝ in eadē Theologia magiſtros. Quoꝝ aliq̄ nominatim exprimũtur. tot iurgia. cõtumelie. ꝛ cõuitia ꝑferũtur. ꝛ alias tã ſpurce ꝛ petulãter inuehitur cõuertendo etiã ad ſcurrilia ſacra eloq̄a. vt expediat q̄3 tocius pro chriſtiane religionis honore illiꝰ lectõem tãq; labem peſtiferã a reꝝ natura depelli. Scãdaloſe vero hmõi garrulitatis auctores debita gnima duerſione puniri Quocirca auctoritate ap̄lica tenore p̄ñtiũ oẽs et ſingulos vtriuſq; ſexus Chriſtifideles cuiuſcũq; ſtatꝰ. gradꝰ dignitatis ꝛ excellētie ſint. req̄rimꝰ ꝛ monemꝰ. eiſq; ſub excõicatõis lateſnĩe pena. ipo facto q̄ ꝑſētibꝰ nõ paruerint. icurrēda. a q̄ nõ niſi a Romano põtifice. ꝑterq; in mortis articulo abſolui poſſint. diſtricte ꝑcipiendo mãdamꝰ Quatenus infra triduũ. q̄ p̄ñtiũ notiã habuerint a dicti libelli. eiuſq; exẽplariũ lectõe ꝑpetuo abſtineãt. illaq; ꝑ oĩa igne cõburãt. ꝛ q̄ ipſiꝰ libelli auctoris ſeu eiꝰ exẽplariũ

Impreſſoꝝ vel ſcriptoꝝ. aut illa tenētiū et ɔburere negligētiū vel re/
cuſantiū. ſeu eoꝝ alicuiꝰ noticiā habuerint. eos Ordinariis locoꝝ
In quoꝝ Ciuitatib⁹ vel dioceſib⁹ illi tūc morã trahent. aut eoꝝ
officialib⁹ ſeu vicariis ꝑ eos debita pena afficiēdos. infra idem tri/
duū reuelent Iniūgim⁹ qꝫ in virtute ſctē obediētie et ſub eadē pe/
na Ordinariis p̄fatis. eorūqꝫ Vicariis Officialib⁹ ⁊ miniſtris vt
cōtra auctores diffamationū et illaꝝ ſcriptores et īpreſſores hmōi
ꝓut delicti q̄litas exigit. iuſticie vindictā exerceāt. et excōicatōem ꝑ
nos latam in eos. q̄s illā īcurriſſe cōſtiterit inuiolabilr̄ obſeruari. et
tam eiſdē Ordinariis q̄ꝫ parrochialiū et aliaꝝ eccl̄iaꝝ Rectorib⁹. vt
q̄tiens ſup hoc ꝓ parte alicuiꝰ predicatorū vel alteriꝰ ordinis fra/
trū aut generaliū Studioꝝ magiſtroꝝ in Theologia fuerint req̄ſi/
ti. p̄ntes l̄ras vel aliq̄d ex eaꝝ autēticis trāſſumptis. quib⁹ publici
Notarii ſubſcriptōe. et alicuius p̄lati vel Curie eccl̄iaſtice Sigilli
impreſſiōe munitis fidē vbiqꝫ decernimus adhibēdā. in eoꝝ eccl̄is
dū populi multitudo eo ad diuina cōuenerit. duob⁹ aut trib⁹ di/
eb⁹ dn̄icis vel feſtiuis publicari faciāt. etiam ſi expediat. ſermone
vulgari. vt quāto citius fieri poſſit. tale nefandū ſcelus q̄d hereſim
ſapit. ne vlterius ſerpat. penitꝰ extirpet̄. Nō obſtātib⁹ cōſtitutōib⁹
et ordinatiōib⁹ ap̄licis Ceteriſqꝫ ɔ̄riis quibuſcūqꝫ Datū Rome
apud ſctm̄ petrū Sub anulo Piſcatoris. die xv. Martii. M.ccccc.
xvii. pontificatus noſtri Anno quarto Ja. Sadoletus

¶ Joānes Strauſſederius Nicolao caꝑmulgio S p d

Multa mihi l̄ris. conplura viuo narrant̄ ſermone. que quantū
mihi ac nr̄e cōiuratōis cōplicib⁹ diſpliceāt neqꝫ calamo ſcri/
bere. neqꝫ vocalib⁹ organis explicare poſſum Illud tn̄ p̄terire non
valeo. ꝙ nuꝑ a quodā iuriſcōſulto. haud vulgariter erudito nō ſine
colere motu dictū accepi Quādo inq̄t Ollilābius vnus de obſcu/
ra Reuchliniſtaꝝ alq̄t cohorte. hō neqꝫ ſalaces ſuos ac plane hiſtri/
onicos proſequi volebat iocos. et ſignū ſue amice in forib⁹ merda
notare. longe rectius has l̄ras S. N. ſiue K. N. ſub merda. in eo
quē in almanica lingua faciūt ſenſu Aut certe ſi magis verſu id lu/
dere placuiſſet Hic os p̄pone. crucis ſigno (ꝑ q̄d redēpti ſumus) lō/
ge ꝑtranſito. collocaſſet. Eo nāqꝫ pacto pulchra facecia (vt veſtri
leckerii dicūt) taliqꝫ ludo maxime (ſicuti dicebat) contigiſſet At
crucem tam impudētib⁹ reb⁹ adhibere. eāqꝫ ꝑmerdare. ac poſtea
de vtroqꝫ gloriari. nimis apte (inquit) Jeſu nazareni olet blaſphe/
miā Hec ille. Ego vero tāetſi vera illū loqui. ꝓpria dictāte ɔſciē/
tia nō ignorarē (quū teſte Auguſtino Cōſciētia ſit mille teſtes) ipi/
tn̄ noſtro more et ex ſubito calore mala imp̄cabar pluria. ſed ſub ſi/
lētio. et prorſus nullo audiēte. quū vulgaris turba. totuſqꝫ ferme
clerꝰ. peſſima q̄qꝫ de nobis et ſentiat et loquat̄. De cōtradictiōib⁹
aūt Zacharie ſucceſſis recte auguratus eſt Lutzbubulariꝰ noſter. nā

penitus a noſtris abhorrent inſtitutis. Nullis itaqꝫ rebꝫ attentis etiā veris q̄ vel ꝯtra nos vel ꝓ theologis valere dignoſcūt. h̄ vnuꝫ nobis agendū eſt. vt noſter reuchlin. apud ruſticanā multitudinē nullatenꝰ cecidiſſe videat᷑. aut in tenebris nobiſcū deliteſcat. Iccirco: aſtu. fraude. mēdacio ⁊ ſi q̄d aliud eſt. quo theologos. etiā falſo infamare poſſimꝰ. ſꝑ vtamur. De veritate em̄ ⁊ iuſticia nulla nobis certa eſt ſpes. Ceterū dij fata ſecūdent. quū vel Theocrito teſte Viuis dūtaxat ſperādū ſit. Vale diu. Mogūtie ex domo luctus et ꝯuiuij. Anno quo ſupra. Saluta nobis poetas quos iſtic noſtī nobis amicos. Iteꝝ vale.

¶ Nicolaꝰ Caprimulgiꝰ Joāni ſtrauffederio

PRoh iuppiter. proh dij īmortales. q̄ꝫ calamitoſaꝫ mihi ſcripſiſti ep̄lam Vtinā me gladio trāſegiſſes vbi me tātis enecaſti doloribꝫ. O remēdū apud īferos plutonē. Alij nobis ludibrio eſſe ꝯſueuerūt. at nos illis mō. ceca nimiū ⁊ incōſtās (vt video) ē fortuna q̄ merito cecis nob ſuiqꝫ ſimilimis fauere debuiſſet. Quid multa? Ego cholericꝰ ſum nihilqꝫ iniuriaꝝ pati poſſum. q̄bꝫ ſi iterū vel ꝑ lrās fuero. vel certo vulgi rumore añ ꝓſpectū correptus laq̄o guttur infringā. q: ſatiꝰ eſt me meis rebꝫ geſtis apud inferos florere. q̄ꝫ hic ſub orbe lunari a theologis aliquā iniuriā pati. Sic fac. et viues. Vale. ex Lyptzick.

¶ Petrus Hahenmuſius. Franciſco Genſelino Schelmoni. S. p. d.

TRiſti ſum patre genitus. matre melācolica. Patruū habeo importunū. difficilē. q̄rulū. Amitam quoqꝫ cūctis inuiſaꝫ. Nō mirū igit᷑ ſi triſtia tibi nūcieꝫ. Intraui nuꝑ eccl'iam in feſto natiuitatis chriſti. magis ex p̄cepto q̄ꝫ ex bona volūtate. Et ecce doctor q̄daꝫ Zacharias noīe. nemini nō dilectꝰ. habebat in manu ſua breue quoddam ap̄licū. in quo totus obſcuroꝝ grex eterna maledictione cū om̄ibꝫ ſuis cōplicibꝫ ſeueriſſime punitur. Multis itaqꝫ in noſtri ꝯtumeliā coram clero ⁊ populo in mediū ꝓlatis. ſtentorea cepit voce clamare O maledicta ⁊ execrabilis Obſcuroꝝ ſecta. O temerariꝰ hiſtrionū exercitus. O fetidiſſimi ludionū greges. O impudentiſſimi in om̄es ſycophante. qui neqꝫ deo parcentes nec ſanctis eius viros bonos. pro eccleſia dei cōtra oculare ſpeculum ad ſanguinē vſqꝫ decertantes. contumelioſis laceſſere cōuicijs nō erubeſcunt. quū nihil ad rem facientes Capnioni ſuo plus noceant q̄ꝫ proſint. Hec ⁊ his ſimilia doctor ille conſtanter protulit. in me ſepenumero tortuoſos deflectens oculos. O q̄ꝫ mihi timui cui mors propior erat q̄ꝫ vita. Nam ſi vulgaris plebecula me vnū ex illis eſſe intellexiſſet. nunq̄ꝫ viuus rediſſem domuꝫ. quū teſte Alexādro Gallo. Sit vulgus pelagus indeclinabile virus. Vale ex Norenberga Anno quo ſupra.

¶Franciſcus Genſelinus Schelmo Daphēmuſio
Philocapnioni. S.p.d.

TRiſticia exiccauit coꝛ meū. ⁊ caro mea īmutata eſt ꝓpter ole
um. Nō ſunt mihi noua q̄ ſcribis. ſꝫ oīa q̄ in breui aplico cō
tinent apud nos inualuere. ⁊ diuū templis publicitꝰ affixa nemo
nō aſperit. Ve nobis inſipientibꝰ. quo ſubitꝰ caloꝛ. quo furoꝛ poe
ticus. quo inſana maledicendi rabies malefidos ꝑduxit: Honora
re voluimus Joānē Reuchlin. at eterno illū dedecoꝛe. recte rōnis
obliti. plus equo ꝯmaculauimꝰ. Fecimꝰ que noſtri fuerūt mune
ris. licꝫ nemo ſapientū (vt ſub roſa tecū loquar) boni illa ꝯſulat.
Verū eniuero vt equali te doloꝛe extimulē. ⁊ par pari cenſear retu
liſſe. Eraſmꝰ ipe Roterodamꝰ. theologoꝝ diſertiſſimꝰ (hei mihi ve
reoꝛ dicere) in epl'a quadā ad Joānē Ceſariū ſeſe a nobis ꝯmēdatū
fuiſſe. vehemēter deteſtat. Ne igit ſoli ſapere videamur. iuſſū tibi il
lius exemplar his occluſum lr̄is tranſmitto. vt cōmiſſi criminis
nos q̄nqꝫ peniteat. noſqꝫ impudentiſſimos eē ganeones nō igno
remus. Vale ex Friburga ſexto grecoꝝ kalendas.

¶Eraſmus Ceſario ſuo. S.d.

MAgnopere mihi diſplicebant epl'e obſcuroꝝ viroꝝ. iam tū
ab initio delectare potuiſſet facecia. niſi nimiū offendiſſet exē
plum. Mihi placent luſus. ſed citra cuiuſqꝫ ꝯtumeliā. Sed mo
leſtius fuit q̄ in poſterioꝛe editione. mei quoqꝫ noīs mentōem ad
miſcuerit. Quaſi parū fuiſſet ineptire niſi nos quoqꝫ vocaſſent in
inuidiā. ⁊ magnā ꝑtem fructus tot ſtudioꝝ laboribꝰ expetiti coꝛ
rupiſſent. Ne id q̄dem ſatis eſt viſuꝫ En alter libellus ꝑori adſimi
lis. in quibꝰ crebra mētio fit eoꝝ quibꝰ ſcio luſus hmōi nequaqꝫ ꝓ
bari. qꝫ male ꝯſulūt iſti. nō ſolū in ſeipos. verū etiaꝫ in oēs quibꝰ
bone lr̄e chare ſunt. Jam illud eſt omniū moleſtiſſimū mihi. ſi mō
verū eſt. q̄d mihi iſtinc reuerſus famulus meus Jacobꝰ narrauit.
apud cōplures haberi Colonie libellū neſcio quē in Juliū pontifi
cem. quō moꝛtuꝰ excluſus ſit celo ꝑ petrū. Audierā iampꝛidem hu
iuſmodi fabulā actā in gallia. vbi taliū nugaꝝ īmodica licentia ꝑ
fuit. Eam opinoꝛ aliquis in latinū ſermoneꝫ tranſtulit. Demiroꝛ
quid iſtis in mentē veniat. cū ſic ociū ⁊ operam ꝑdūt. Ceteruꝫ ad
miroꝛ eſſe qui ſuſpicent tam inſignē ineptiā a me ꝑfectam. opinoꝛ
ob id q̄ ſermo foꝛtaſſe ſit paulo latinioꝛ. Luſi q̄dem in moria ſꝫ in
cruente. nullius famā noīatim ꝑſtrinxi. in moꝛes hominū luſimꝰ
nō in famā hominū. Que ſi vera mihi nūciauit famulus. nōdum
eī̄ ſatis credo. q̄ſo te vir optime. vt iſtiuſmodi nugas impias ꝓ
tua virili p̄mendas cures. ꝑuſqꝫ excudant. nō q̄ iſti digni ſunt q̄bꝰ
hoc preſtetur beneficiū. ſed q̄d noſtrū eſt. publice ſtudioꝝ honeſtati
ꝯſulere. quā iſti talibꝰ luſibꝰ indigne ꝯtaminant. Poꝛro q̄d ad me
ꝑtinet ſcio neminē foꝛe. qui me noꝛit. quin ſatis intelligat. iſtiuſmo

di nenias mihi ſupra modũ diſplicuiſſe. quippe indignas eruditꝭ ac probis viris Jacobo Doꝛnenſi multã ex me ſalutem dicito. cuius ep̃la dici nõ poteſt q̃ʒtopere ſim delectatus. De compoſita lite Reuchlinica. vtinã vera nũcies. Nũciauit mihi q̇daʒ Alcmarienſis. te alteras ad nos dediſſe literas. verũ eas nondũ accepi. Bene vale doctiſſime Ceſari. Antwerpie poſtridie aſſumpte virginis. Anno. M.ccccc.xvij.

¶ Joãnes arnoldinus lyricen Pultrono feneſtrificis totiq́ʒ obſcuroꝝ cohoꝛti. S.p.d.

VUlneroꝛ. ⁊ clauſum poꝛto ſub pectoꝛe telum
Creſcit ⁊ aſſidue plaga doloꝛq́ʒ mihi
Sed ferientis adhuc non audeo dicere nomen
Nec ſinit aſpectus plaga videre ſuos.

Miſerũ eſt exturbari foꝛtunis om̃ibꝰ patres ꝯſcripti. Acerbũ q̃q́ʒ a doctis ꝯtemni. acerbius a docto ⁊ ſapiente. Quid multa? Magnus ille Eraſmus ſacre theologie doctoꝛ. poeta ⁊ inſignis oꝛatoꝛ. nos veluti peſtẽ quãdã deteſtat̃. fugit. inſeq̃tur ⁊ odit. Ubi nũc vires noſtre? vbi elatus animꝰ? vbi nocturne inſidie? vbi ſeſquipedalia v̄ba? hũc nr̃m doloꝛẽ nulla auferat vetuſtas. Moꝛs ẽ nobiſcũ in olla. nulli diẽ ꝓferre licet. Agimur eñ fatis. id q̈d nobis eſt ineuitabile. Hõ ꝓponit deus v̄o rẽ ipſam (vt video) diſponit. Nulli ſua manet ſpẽs. Quiq́ʒ nõ eſt hodie. cras minus aptus erit. Suſpẽdamus igit̃ nos ipſos. ne tã intolerabilibꝰ. tãq́ʒ moꝛtiferis cruciatibus indies exagitemur. Quid vobis animi ſit. q̃ vires. q̈d ꝯſiliuʒ. que tandẽ defenſionis noſtre ꝓpugnacula. me certioꝛẽ facitote. Dij bñ voꝛtant. Ualete diu woꝛmacie ex domo Schelmonis iudei male circumciſi.

¶ Pultronus cultrifex Joãni arnoldino. S.p.d.

CArminibꝰ carmina debent̃. Nil intentatuʒ nr̃i reliq̃ere poete
Nec minimũ meruere decus. veſtigia greca
Auſi deſerere ⁊ celebrare domeſtica facta.

Qui nos ꝯtemnũt ſtulti ſunt. viri ꝑfecto ſumus. ⁊ om̃ia ſine theſeo operamur. Stentoꝛea clamamꝰ voce. ⁊ arrogantiã velut parentẽ colimus. Si tu vel Theologos vel Oꝛtwinũ times in malam abi crucẽ aut te coꝛui in rotis euiſcerent. beſtia es naſturciuʒ ede. Excitare. vigila. animũ ſume.. Noli Epimenidis ſomniũ doꝛmitare. Quid deſperas? Uitulo primũ ſubmerſo. puteus claudit̃ Exitus acta probabit. Scimus inurbanũ lepido ſeponere dicto. Legitimũq́ʒ ſonũ digitis callemus ⁊ aure. Nobis erũt p̄ſidio iudei. Curẽt viole. Suã quiſq́ʒ domũ tueat̃. Tunc tua res agit̃ paries cũ proximus ardet. Tu ſolus es. noſtꝝ v̄o multi. Quapropter vt tue petitõni ſatiſfaciã ſi nobis timoꝛ incubuerit grauis Caſpios petemus montes. vbi neq́ʒ theologi. neq́ʒ fidei catholice habi-

tant defenſores. Uale feliciter cū noſtro Caphione Mogūtie ex
publica corona Obſcuroꝝ portu Anno quo ſupra

¶ Conradus de Zuiccauia doctori grillo ob/
ſcurorum aduocato. S.p.d.

O Omnia nobis aduerſa ſunt doctor egregie. oīa pſtrata ac
diruta iacēt. clamātq; in plateis ꝛ puelli ꝛ edentule q̄dā an⁹
Os habēt ꝛ nō videbūt. oculos hn̄t ꝛ nō loquētur. Aures habēt ꝛ
nō odorabūt. nares habent ꝛ nō audient. man⁹ hn̄t ꝛ nō ambula/
būt. pedes hn̄t ꝛ nō palpabūt. nō clamabūt in gutture ſuo. Siles
illis fiant qui ꝯfidūt in eis. His pſalmiſte verbis male intellectis
alijſq; id genus ꝯuicijs publice infeſtamur. Poſuiſti tenebras ꝛ fa
cta eſt nox. in ipa ptranſibūt oīes beſtie ſylue. Si bonus vir es. ſi
eruditus. ſi eloquens. hiſce maledictionū vinculis nos q̄ꝓrimū
exolue. Qd̄ vbi feceris. te iudei vt deū ſuū colent ac venerabuntur
et aureos in arabia montes ꝓ tuo ſalario recipies. Lege Marḡr/
dum in inſtitutis. reuole Joānē de garlādia in legib9. Petrū helie
in decretis. Māmotrectū in ſexto ꝛ clemētinis. Conſule etiā ide/
as platonis. que olim in phocide pallentes Apollinis begutte fu
iſſe dicūtur. Accede nebulonū latebras ꝛ fornices. vt eruditior in
reb9 noſtris ꝛ ad oīe malū theologis inferendū audacior fias Ce
terū mihi q̄ꝓmū reſcribas velim. quid hec q̄nq; arabica verba ſig
nificent. Orus. pdorus. reuelorus. rāmeldipotſus. rāmeldible/
ſen. ꝛ hec duo gotica. Jnkus perquink⁹ De his certe nihil ſcripſit
Uirgilius in bucolicis. nec Marcolphus in ſuis fabulis. Uale
doctor venerande. ꝛ pone ante oculos tuos ſpecillū illud qd̄ tibi
a iudeis ex francfordia eſt miſſum. nā ꝑ illud oīa mirabilia mū
di videbis. Ex lyptzick. die ſexto. añ feſtū ſctē ſaturitatis.

¶ Doctor Grillus Conrado zuiccauienſi. S.p.d.

A Accepi lrās tuas nectare mihi atq; ambroſia ſuauiores. ple/
gi fere totū Ouidiū. ꝛ quos mihi legēdos decreuiſti. ſed non
inuenio quo mō vel meipſum vel nrōs ꝯtribules tueri valeā. Pec
cauim⁹. inique egim⁹. Nō eſt inter nos qui faciat bonū. nō eſt vſq;
ad vnū. Si eñ ſcribendo ꝛ offendendo annis multis iam ꝓmi ſp
fuim⁹. neceſſe eſt vt modeſtā ꝛ bene meritā aduerſarioꝝ reſponſio/
nem toleremꝰ. Si vigeſies. ſi q̄nquagies. ſi centies alios indigne
leſim⁹. q̄re nos ſemel offendi nō patiemur. Neq̄tia eſt q̄ te nō ſinit
eſſe ſenē. Decepti pfecto oēs ſumus. Credidim⁹ eñ defenſionē Jo/
annis Reuchlin verā fuiſſe at nūc olfacimus (vt in libris reuendi
Jnq̄ſitoris luce clari⁹ ꝯtinet) eam eſſe falſiſſimā. Folio nāq; tertio
defenſionis ſue facie ꝓma. hanc ſibi Capnion a Ceſaria maieſtate
generalē fuiſſe q̄ſtionē oblatā ſcribit. vtrū oēs libri iudeoꝝ ꝓimēdi
ſint ꝓter bibliā. qd̄ q̄ſi ſit falſum in mādatis imperialib9 ſepi⁹ impſ/
ſis deꝓhendit. Dicit ꝓterea ibidē (in fauorē ne iudeoꝝ an min⁹ ig/

noꝛo)neminē ex om̄ib⁹ romanis pontificib⁹ fuiſſe. q̄ iudaicoꝝ li/
bꝛoꝝ exterminiū petiuiſſent. Hoc certe argumentū(etſi velut ne/
gatiuū)valeat nihil. a iurecōſultis tn̄ ⁊ eccl'ie doctoꝛib⁹ ꝯtrariū ꝓ
bat eſſe verū. Ipſius etiā ꝯſiliū a nullo(vt accepi)ꝓditū fuit. ſed ꝑ
illuſtriſſimū p̄ncipē Vrielē. archipſulē Mogūtinū. iudicē ſiue cō/
miſſariū a ſereniſſimo noſtro Impatoꝛe ꝯſtitutū. legitimo(id qḋ
facere debuit)ſollicitatoꝛi oblatum. Nec cōcoꝛs ab aliq̄ excogitari
rō p̄t. Capnionis min⁹ q̄ꝫ aliaꝝ vniuerſitatū ꝯſilia legi a Coloniē
ſib⁹ doctoꝛib⁹ debuiſſe. Falſum eſt etiā. manule ſpeculū Joānis pe
pericoꝛni. viri(vt audio)p̄ſtantiſſimi ⁊ optimi a Coloniēſib⁹ theo
logis fuiſſe ꝯpoſitū. quū in Alemania illud ſupioꝛe impſſum edi
derit. Cetera relinq̄mus. q̄ ſi particulatim enarrare voluero me ſit
dies defecturus. ⁊ nō ep'lam ſed volumē ampliſſimū ſcribere coge/
rer vel inuitus. Si itaq̄ꝫ falſis ꝑſuaſionib⁹ decepti. bonos viros in/
digne leſim⁹. coꝛreptōem etiā modeſtā ſurda aure p̄tereā⁹ neceſſe
eſt. Quid aūt illa verba ſignificēt. Okſus ꝑdoꝝ⁹ reueloꝝ⁹ cū cete/
ris q̄ ſequūtur. nōdū apud Martialē repperi. At Virgili⁹ in. xx.
libꝛo Eneidos. et Ariſtoteles in. xiiij. phyſicoꝝ. cap'lo nonageſimo
nono. circa finē. dicūt ꝓuerbiū hectoꝛis fuiſſe. occulta cui⁹ virtute
multos grecoꝝ īteremit. Que ſcripſim⁹ in ſcrinio tui pectoꝛis cō/
ſeruentur. Sigillum aūt qḋ vides mihi ꝯmodato dedit Jacobus
Johel iudeus quinquies circūciſus. ⁊ bonus Reuchliniſta. Vale
Ex Tuitio. decimoſexto nonas Apꝛiles.

¶ Joannes pellifex ſecūdus in oꝛdine obſcuroꝝ
ſuo Capnioni Thamudiſte. S. p. d.

SCripſi alias vt noſti Oꝛtwino Gratio ſacerdoti figurate the
ologoꝝ ridens ſchema. finxiq̄ꝫ in ſecūda obſcuroꝝ ep'la me ha
bitu deceptū. iudeo theologie doctoꝛis loco. publica in platea. ma
ximā habuiſſe reuerētiā. Papalē quoq̄ꝫ nōnullis ⁊ epiſcopalē in fo
ro aīe ꝯceſſam auctoꝛitatē. hereticoꝝ moꝛe deteſtat⁹ ſum. Qḋ cum
vni p̄dicatoꝝ nuꝑ ꝯfiterer nihil ꝯſolatōnis accepi. Ille em̄ diffici/
lis. q̄rul⁹. anceps ⁊ moꝛoſus me abſoluere recuſauit. Attonito au
tē mihi plurimūq̄ꝫ admiranti ac plane ſtupido apertiſſime dixit.
neq̄ꝫ ſe. neq̄ꝫ alios ſacerdotes(etiā ſi ſūm⁹ pontifex eſſet)nos graui
bus illis peccatis ꝯmiſſiſq̄ꝫ ſcelerib⁹ ⁊ publicis criminib⁹ exoluere
poſſe. niſi publica p̄us reuocatōe a nobis facta publicā ſuſcipem⁹
penitētiā. Ecce q̄ꝫta ꝓ te patimur mi Capnion. quib⁹ exagitamur
diſcriminib⁹. quas ſentimus doloꝛes. Si ꝓpheta es. ſi oratoꝛ ⁊ po
eta ac noſter tandē patronus. ꝯſule obſecro mihi q̇d ſit optimū
factu. Salutat te plurimū vxoꝛ pepericoꝛni ⁊ Laurēti⁹ pepericoꝛ
nus filius Joānis. doctus adoleſcēs. qui Colonie in Laureto (qḋ
greci daphnona vocāt)bonis artib⁹ operā impēdit. tibiq̄ꝫ nō paꝝ
minat. Vale ex Mollem in feſto Bacchi.

¶ Capnion Phorcenſis Joanni pelſlickerio reſipiſcētiā.

SJ maleſcripſiſti. male tibi ſacerdotes reſpōdere oportebit Eſt
eñ equū ꝛ ſalutare. Nihil ꝑ me pateris beſtia. nec ꝓpheta ego
ſum neqꝫ obſcuroꝝ patron⁹. Dij deqꝫ inferi ꝛ ſuperi vos oēs per/
dant. Nō ſum reus ip̄e illoꝝ criminū originarius. Nauſeaꝫ habeo
ſup cibo veſtro leuiſſimo. Diſplicēt mihi ep̄le veſtre. Neminē vīſi
neqꝫ leuaui. Conuicioꝝ ac blaſphemiaꝝ ꝯſcribēdaꝝ munus. vobis
ꝯmiſi nūqꝫ. Vos eñ obſcuriſſimi nebulones omniūqꝫ hiſtrionū
primi. ſummū mihi pontificē ac oēs bonos ꝑ totū terraruꝫ or/
bem inimicos feciſtis. Quapropter ſuſpēſos vos eſſe vellez in fur
cam. aut a Cerbero inferorum cane diſcerptos Vale infeliciter Ex
Stutgardia in profeſto Jouis.

¶ M. Hiltbrādus Māmaceus doctor in cōpoſitis ꝟboꝝ
et plus ſi vellet. Conrado zuiccanienſi poete laruato. S. d.

PRouerbiū eſt apud nos mi chariſſime Conrade. plus ocu/
los videre qꝫ oculū Doctor itaqꝫ Joānes Reuchlin ē valde
ſubtilis in ſcriptis ſuis. nec eſt aliqs in mūdo qui vel ipius ꝯtume
lijs vel oculari ſpeculo reſpondere poſſit. Quare igiṫ theologi. ſe
tali actaꝫ glorioſo homini opponūt. poti⁹ moreret̄ qꝫ ꝯuicijs par
ceret. Vale feliciter. Datū ex Tubinga

¶ Magiſter Conrad⁹ de zuiccania. dn̄o Hiltbrādo Mā/
macio ꝛ cōi oīm latrinario. S. p. d.

VJdi lr̄ās tuas. nec vidi ſolū. ſed diligēter ꝑlegi. Satis es cir/
cūſpect⁹ in reb⁹ tuis. nec eſt ſub orbe lunari hō qui tua poſſit
mali ꝯſulere. felix q̄ nihil debet. Que dubitas ne feceris. Hic eñ
Coryce⁹ eſt. qui plus equo ad rem auſcultat. Ego tñ q̄ ſum pom
pilij circulo ſept⁹. paucis tibi reſpōdere volui. Vale. Ex Norem/
berga. Anno quo ſupra.

¶ Guilhelm⁹ Capniolambi⁹. Mattheo mellilābio
canicide. S. p. d.

COmplures mihi retulerūt vir humaniſſime. Joānez reuch/
lin Legum doctorem valde bene ꝛ cuꝫ maximis honorib⁹
in vrbe romana ꝯtra theologos Colonieñ ſtare. hoc tñ ego crede/
re nequaqꝫ poſſum. Nā ſi Stutgardie feliciter habitat. ꝛ ibi in le/
titia viuit. nō p̄t ſtare in vrbe romana. Quis eñ in vno ꝛ eodē lo/
co ſimul ꝛ ſemel eſſe poſſet? Nihil affers. filius es terre. lapidemqꝫ
mordes et ſapiētia in p̄mis tua vino obūbraṫ. Vale. Ex francfor/
dia in ꝓfeſto Pontiani.

¶ Mattheus mellilābi⁹ Guilhelmo Capniolābio. S.

NOn ſtat in vrbe Romana Capnion ip̄e. ſed q̄eſcit ac ſedet in
Stutgardia. illūqꝫ iuſſit Plato ſub arbore Porphyriana
quieſcere. Petij ſepenumero ꝯcordiā cū theologis. nō ſolū Mo
gūtie. ſꝫ ī vrbe etiā romana Jpi tñ theologi generoſaꝫ habere malūt

pro chriſto litem. ꝙ iniquā in fide ꝯcordiā Cū aūt ſedes apl'ica voluerit Hordij modū diſſoluet. ne tāta poſt hac in eccl'ia dei ſcandala inualeſcāt. Uale ex Mogūtia. xxv. nonas Martias rc̄.

¶ Petrꝰ negelinꝰ Stephano caluaſtrio. S. p. d.

NUptie mihi habende ſunt in zutphordia. Deſpondi em̄ ſororem meā vni poete tali quali. de numero obſcuroꝝ viroꝝ. Quapropter te oro atq obſecro vt mihi vnā tunicā ꝯmodato dare velis. illa em̄ dominꝰ opus habet. Nam qui male eſt calceatꝰ ſordidis pedibꝰ cenaculū ingrediatur neceſſe eſt Uale feliciter. Datū in Treueris. Anno quo ſupra.

¶ Stephanꝰ caluaſtriꝰ metrifex. Petro negelino. S. d.

TUnicā quā a me petis habeo nullā. Ego apl'orum exemplo vna dūtaxat ꝯtentus ſum. ⁊ ambulo ꝑ totam cū ſacco ꝑ ciuitatem. Niſi iudex apl'icus mihi adiumēto fuiſſz. excōmunicationis ꝑcul dubio ſententiā ꝓpter importunitatē creditoꝝ meoruz iam diu incurriſſem. Nō poſſum igit̄ tibi cōmodato dare tunicaz meā. Nam teſte Alexandro Gallo. U nō mutabis donec plurale videbis. Feſtū Ualentini p̄terijt. eſtas appropinquat. flores oriūtur. non eſt tibi toga opus. Uale ex Monaſterio. pridie kalendas egyptias. Anno quo ſupra.

¶ Schelmo ſchelmonis. Henſelino genſeliano. ⁊ Marcolphi ex ſoroꝛe nepoti. S. p. d.

AUdio te in grāmaticis diſciplinis vnū eſſe omniū eruditiſſimū. Quapropter te oro atq obſecro. vt mihi ꝙ p̄mū ſcribas. quot nā ſint in Donato aues. q̄d p̄terea comedāt. quo deinde auolarūt. ⁊ quot ſint ibidem metra. Hec em̄ ſi mihi cognita eſſent theologos diſputando obumbrarē. Uale Ex Buckelmūda. duodecima idus Septembres.

¶ Henſelinꝰ Schelmoni ſuo. S. p. d.

REcte agis mi chariſſime Schelmo. tum ꝙ eruditos ꝯſulis tum ꝙ tibi ip̄i ꝯfidere nō audes. Niſi Tibulluz ꝓfiterer tibi certe reſpondere nō poſſem. Sibylla tamē hic nō eſt opus interprete. Tres ſunt in donato aues. paſſer. aquila. miluus fructus ⁊ ſpecies ꝯmedentes in antiquā ſiluā auolarūt. Ad vltimū vero tria dumtaxat comperi in donato metra. Primum. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Secūdū. Multa ſuꝑ priamo rogitans ſuꝑ hectore multa. Tertiū. Ut docuiſſemus. docuiſſetis. docuiſſent. Caue mi chariſſime Schelmo. ne hec occulta Minerue myſteria theologis manifeſtes. quū neq in libris ſententiarū. neq in ſecūda ſecūde. tam preclara inueniātur. Uale Ex Hercinia ſylua. Anno. M. ccccc. xviij.

¶ Pultronus Sycophanta. Murcide Liripipiano. S. d. p.

VIdeo equidē noſtrū aliquot vehemēter ſuis gaudere ꝯuictijs
et epl'arum noſtraꝝ lectione plurimū delectari. Contra autē
viri graues (proh pudor nefas eſt dicere) faciem ſuam auertunt. et
vix lupanaribꝰ dignas. imo flāmis ⁊ facibꝰ cōgruas expreſſe ꝓnū-
ciant. O incōſtantē rerū omniū viciſſitudinē. q̃tū tñ mihi videre
videor. extrema gaudij luctus occupabit. noſterqꝫ natalis. nigro
notandus lapillo inter nephaſtos computabitur. Uale ex franco
nia cum tuis ꝯtribulibus.

¶ Liripipianus. Pultrono ſuo. S.p.d.

QUas mihi ſcripſiſti literas minime placuerūt. Si ſummus
pontifex. ſi magnus ille Eraſmus ſi viri ſapientes ⁊ boni de-
niqꝫ omēs. noſtras ꝯtemnūt epiſtolas. illorum etiā cōtemnamus
ſententiam neceſſe eſt. Experire obſecro. quomodo veſtris iſtic hi-
ſtrionibꝰ ac paraſitis. noſtre placeant obſcuroꝝ epiſtole. Docti om
nes ſumus. neqꝫ Schotū timemus neqꝫ Platonē. Experire inq̄
q̄ ſint, ⁊ meretriculis grate. Eſt eñ riſus in illis multus. qui ⁊ tri-
ſtem apud inferos Plutonem. maneſqꝫ ſepultos ad cachinnū exci
tare queat. mortuoſqꝫ ad vitam reuocare. Sed quid de riſu tm̄. io-
cos noſtri ſalebroſos ludoſqꝫ theatrales ſuis adiecere epiſtolis. vt
varietas ip̄a (que teſte Politiano lectionū eſt irritatrix) blandiſſi
mum queqꝫ lectorem non poſſit non delectare. Secuti mehercu-
le ſumus patres noſtros. qui iocū dee Ueneris (cuius ⁊ nos aſſe-
cle ſumus) filium eſſe voluere. Quid igitur riſu blandius. quid io
co iucūdius. quid Uenere ſuauius. que prolem ſuam non poteſt
non amare. Loquantur theologi que velint. nobis viuendum eſt
more noſtro. Uale Ex monte Parnaſo. Uale obſecro. te eñ anxie
deperit Calliopeia muſarum omniū muſa. Iterum vale. Tu quid
ſentis nobis q̃primū reſcribe.

¶ Petrus olfontianus. Nicolao hauerſack. S.p.d.

MUlti nos ꝯtemnūt Nicolae. at nos Thraſonem ſequamur
glorioſum ⁊ id genus hominū leue. quod rei ludicre pallen
tem impendit operam. eaqꝫ grauiſſimas abigit e mente curas. Sa-
libus fruamur ⁊ ioco. riſu etiā ſi neceſſe eſt. Comedamus inſuper
et bibamꝰ ī charitate nō ficta Patritos adhuc imitor mores. bibo
rebibo. voro. deuoro. qđ omēs aſſolent cognomines nati meis ma
ioribꝰ. Plus ceteris ingurgito. Heluor etiā. quare Heluo nomen
mihi. Uale feliciter ex naui ſtultifera.

¶ Nicolaus Hauerſack Petro olfontiano. S.d.

QUe de riſu ⁊ ioco ſcripſiſti mihi non diſplicuere. Caue Py-
thagorā tuo adiūgas choro quē Plutarchus ſcribit. riſu. io
co. ⁊ facetijs abſtinuiſſe. Quare ⁊ theologi fortaſſe eūdē ſecuti. tri
ſtes frequenter nimiūqꝫ graues eſſe ꝯſpiciūtur. id quod Uergiliꝰ
preuidiſſe crediderim. quū libro ſexto. triſtem in veſtibulo infero-

rum cecinit habitare ſecſenectutem. Nōne ſatius eſt nos edendo. bibendo. choriſando. dormiendo. vitam noſtrā produxiſſe. qꝫ ieiunādo. orādo. abſtinēdo et ſacras theologorū ac iuriſcōſultorū libros reuoluēdo. eam abbreuiaſſe Uinū neqꝫ ancoribꝰ creuit neqꝫ anatibꝰ ſed hominibꝰ ſolū. his pſertim qui obſcuris vtiles viris. nō minꝰ grecari qꝫ eo vti norūt. Uale ex Moguntia

¶ Olfontianus bauerſackio S P D

QUe de vino ſcripſiſti libēter oēs legimꝰ Modio enī ſumptum (vt mellilābiꝰ noſter īterptari cōſueuit) acuit ingeniū. debilibꝰ qꝫ dat greſſum. et cecos illuminare videt Nemo noſtrū cephalea. nemo hemicranea (talibꝰ capitū morbis) laborat. Quapropter ne ab inſtituto noſtro et veteri cōſuetudine recedamus. ſemp biaccho ſemp voluptatibꝰ. ſemp arrogātie ac temeritati inherere debemus vt ſic tandem furore pleni poetico. inuectiuis. cōuicijs. cōtumelijs blaſphemijs et hereſibꝰ nouis. inimicos noſtros operoſius pſequamur. Hoc Lucilij carmen ad menſam tuam ſuſpendito. Uiuite lurchones. comedones viuite vētres. Uale ex Frāfordia A°q̄ ſup

¶ Joānes Crabacius Guilhelmo Zuickano S p d

MItto tibi dialogū quē e greco nup in latinū tranſtulit Petrus liripipianꝰ, homo acer et ſtrenuus in rebꝰ noſtris quē deinde Nicolaus muſio nobis audiētibꝰ hoc modo in obſcurorū conſeſſu crudeli ſatis animo memoriter recitauit.

¶ Jupiter (inquit) vocatis nup omnibꝰ in cōcilium dijs virū pro ſe in celis et prudentē et eruditū ſubſtitui voluit Cōqueſtꝰ eſt enī ſe nimio cōfractū ſenio curſus planetarū totamqꝫ celi machinā diutius regere nō poſſe Optauit itaqꝫ hoēm (vt dixi) eruditū ac ſapientē qui rex eſſet archanarū cuſtos et celeſtis ianue diligētiſſimꝰ obſeruator Qui lunā extinctā incēderet; vigilāterqꝫ prouideret. ne deorū quiſpiā Jouem cū Junone ſorore ſua dormientē temerarius excitaret. Itemqꝫ ne ſolis equi alio deflectētes. oceano ſubmergerētur. aut meridianis perirēt ardoribꝰ. Huicem̄ homini (īquit Jupiter) curā dabo vt ex obſcuris hoībꝰ cacodemones faciat eaſqꝫ collocet cum creatis ſimul animabꝰ in cōparibus ſtellis Curam etiā habebit ne ſaturnus planeta. cū virgine. ſigno celeſti contēdat. multiſqꝫ alijs pficietur rebꝰ modo noſtra maieſtate deorūqꝫ Hoſpitio non indignus habeatur. Quod Jouis preceptum admirabile ſatis et nunqꝫ auditum cum dij ſimul omnes ſimulanter annuiſſent miſſus eſt Mercurius deorum immortalium nuncius et eloquētia ceteris plurimum antecellēs in hoc humile viuentium domicilium quam terram dicimus Qui cum orbem vſqꝫ totum pene pluſtraſſet deorū inſtinctu (qui hominē nolebant ad celeſte officiū ſibiipſis ſatis idoneū ordinari) quēdā ſibi Reuchliniſtā ex omī obſcurorū numero delegit et maxime talē. q̄ theologos amarat nūqꝫ.

Hunc em̄ homini nomē eſt Ollilābius philocapnion. cuiꝰ pater
Marquardus appellat̄. et mater eiꝰ Grilla ad deſignādū ꝙ mar/
quardꝰ marquardū ⁊ grilla grillū procreauerit. Signate q̄ſo viri
clariſſimi huiꝰ rei miſteriū Attēdite huius hoīs doctrinā. q̄uo em̄
celeſtia intelligeret hō iſte qui vniuerſitates dehoneſtās in nulla eſt
l̄raria facultate eruditus. Si em̄ hunc hominē quē ego intelligo
recte iudicare voluerimꝰ nec philoſophū. nec theologū. nec iuriſcō
ſultū. nec medicū. nec oratorē vnq̄ꝫ reperiemꝰ. Mercuriꝰ itaqꝫ cu/
iuſlibet rei ſimulator ac diſſimulator. ⁊ deoꝝ (vt diximꝰ) inſtinctu ꝑ
perā miſſus. cuidā obſcuro Reuchliniſte mira quadā claritate in
ſomnis apparut. Qui Mercuriū rerū omnino celeſtiū neſcius vi/
dens. mirū in modū exhorruit. ſteteruntqꝫ Come (vt virgiliꝰ ait in 3°)
et vox faucibꝫ heſit. At Mercuriꝰ qui ex ſupnis ſedibꝫ dulcia ſecū
liba cōtulerat illi nonaginta nouē offerens que vulgo vocantur
baſenchekochen Comede inquit Ollilābie et groſſe. qm̄ grandis
tibi ad huc reſtat via. Mox Ollilābiꝰ angelū eē credens et ſe al/
terū heliam Quorſum ait In celū reſpondit Mer. Recte factum
ſubiunxit Ollilābiꝰ vt illic impleā mentem qui hic repleo ventrē.
Jam ſentio Jouis benignitatē. ah vix tandem ſenſi ſtolidus. bene
operat̄ deus tuꝰ meqꝫ nō īmerito recognoſcit amicū ſuū ⁊ Reuchli/
niſtaꝝ oīm ꝑmatē O factū bene Jam ego nullā āplius infirmitatē
ſentio ita me tuus celeſtis oblectat cibus Diſputare tn̄ tecum nō
poſſum mercuri quoniā ita ſum exhauſtꝰ. multis iāpdem et infir/
mitatibꝫ et miſerijs. M. Et tu miſerias ſuſtinuiſti Ollilābie int̄
ganeones et ſycophantas. Olli. Tu a deo miſſus et hec ignoras?
Tu qui p̄terita nō noſti q̄d futura p̄diceres. Si ego in hunc vſqꝫ
diem dijs cōuerſatꝰ fuiſſem vt tu ceteriqꝫ oēs. deus eſſe vellem. M
Parce q̄ſo verbis. Scriptū eſt em̄ Ne q̄d nimis Nōne ad lyram
heſiodus cecinit Optimꝰ eſt homini lingue theſaurus et ingens
gratia q̄ parcis mēſurat ſingula verbis. Olli. Pulchra illa ſunt
carmina. M recte ſentis. et hanc ob rem tuā inſaniam depone.
Noli vnūquēqꝫ moribꝫ tuis eſtimare. Deſine morbo iſto ꝑcacita/
tis vti. Deſine alios ꝑ īpudentiā laceſſere. talibꝫ em̄ ꝟbis tibi in ce/
lis amicos parare nō potes. videris inimicos velle. Ceſſet alterca/
tio inter nos. Quin tu vno verbo dic vnde tibi tā grauē ac plane
oneroſam infirmitatē cōceperis. O. Ex varijs et multiplicibus
edulijs plꝰ equo ſumptis. M Quē cibū indies comedis. O.
Pelles ācerinas et colla caporū toſta. buculas. iuuēcos. turtures
ꝑdices. phaſianos. coturnices. turdos ficedulas et plurimi ōnino
generꝫ auitia molliterqꝫ ac ſtudioſe toſta. hec ſtomachū meū nūc nō
ledūt qui eſt ſicut tabula raſa in q̄ nihil eſt depictū apta tn̄ nata de/
pingi. ſemperqꝫ illiꝰ ꝟſiculi ſum memor Qui bene ingerit digerit ege/
rit ē bene ſanꝰ M Recte facis. Diutiſſime em̄ apud nos viues q̄

ſic ſtomachū obſeruas. O qꝫ diu? M In ſecula ſeculorum
O O me felicē. o me beatū Ollilambiū. Quia tñ de epulis locu
ti ſum⁹. dic rogo mihi p̄uſqꝫ hinc abeam. q̄ ſint deoꝝ immortaliuꝫ
eſculenta. ego em̄ ſum vn⁹ tellerleckeri⁹ p totā cū ſacco p ciuitatem.
M Ambroſia. oua ſorbilia. ex ſaccaro paſtilli. pinguia vacca-
rum vbera. iteꝫ placente nucleis amygdalis ⁊ ſaccaro cōdite. Dat
etiā vnicuiqꝫ nōnunqꝫ porcellus integre toſt⁹. illūqꝫ dūtaxat men
ſam accedere apud noſtros admittimus. qui cingulū tempori diſ
ligauerit. iuxta carmen illud. Balthea laxabis ad menſam qñ me
abis. Itēqꝫ dū plenus eſt venter tūc vult dormire libenter. O
Quid audio ſancta Iuno. q̄d audio. Trāſfer me hinc ocius ſancte
Mercuri. transfer me hinc. M Recedam⁹ hinc. feſtinato em̄ op⁹
eſt O Querātur p̄mū hydrie vino plene. M Matura reꝫ
O I preſequar. Cūqꝫ ſic abirent clamarūt om̄es Obſcuri. ſctē
pater memēto noſtri dū veneris in regnū tuū. O Beſtie eſtis
ſolus ego tali ſum honore dignus. Proceſſerūt ambo. cūqꝫ ad par
naſum montē veniſſent. nec illinc ſeſe Ollibābius in celū transfer-
re poſſet. Aetnā parnaſo Olympū ethne. monteſqꝫ plurios mon-
tib⁹ ſupimpoſuere. Quo facto. Mercurius inq̄t aſcende mon-
tes. O Trahe me poſt te. M Hoc factu difficile. O Quā
obrem M Nimis es incraſſatus. dilatatus. ⁊ impinguatus
O Sine me paululū o Mercuri ventrē purgare. vt eo ſim leuior
M Fac vt libet. ſed noli interea temporis plus equo morari. Dū
igit in seceſſu Ollilābius lateret. Mercurius secū his verbis mur
murabat O Utinā (inq̄t) hic aſinari⁹ Reuchliniſta tali indi-
gn⁹ noie. pulmonem ⁊ iecur egereret. fetid⁹ mehercule hirc⁹ eſt. et
olēs capra bonūqꝫ foret Capnioni ſi hō iſte natus nō fuiſſet. Quo
dicto mercurius clamat. vbi es ollilambie O In rupe hereo.
M Semp ibi hereas velim. veni tardipes. huc ades craſſa ſub-
ſtantia O En curro velocius. quouis ſum ſeruo fugacior. nec
tua mihi modo opera eſt opus. M Tu videris ego p̄ceſſero.
O En cacumen olympi teneo. tecū ſum. in portu nauigo ⁊ celi
planetas intueor M Recte feciſti. O Iam vnico dūtaxat
ſaltu in celū veniā M Experiar. at caue ne ſaltu ꝯturbes plato-
nis ideas O Quales ſunt ille beſtie M Quas tu beſtias
vocas. antique olim Apollinis ſacerdotes erāt. ⁊ mulieres q̄dam
edentule. que dū corporib⁹ exeūt tanqꝫ rerū imagines inter ſidera
collocātur. N Pape. q̄d ex te audio. legi. xxv. libros ethicoꝝ
Areſtotel'. vbi de iſtis ideis dep̄hendere potui nihil. M Nō mi
ruꝫ ollilambie. Tu certe ph̄us nō es. ſed nud⁹ tm̄ grāmaticul⁹. at
tñ in celū ſi potes qꝫ p̄mū exulta O Me accingā operi. tu no
lito me tāgere M Nō tangā. ſed caue deorſuꝫ cadas. Cūqꝫ temera
rius iſte ollilābius ſeſe altius erigeret. ſeqꝫ iter ſaltandū inſolētius

extolleret olympo in ethnā decidit. ac deinde in cloacam vulcani q̄
montē illū priſcis tēporibꝰ incolere ꝯſueuit. Tum Mercurius ri-
dendi intemperans ſedulo clamabat O coridon coridon que te
dementia cepit. Alba liguſtra cadūt. vaccinia nigra legūtur. O
O ſancte mercuri adiuua me. o Apollo. o latona. o vos muſe no-
uem iuuate me. His lamentatōibꝰ. ille ꝯmotus. hūc hoiem fetidū
et inſtar bubonis cecutientē ad fontē caballinū ꝑduxit. vbi purga-
re homiez volens eū ſuffocauit. In ſignū cuiꝰ adhuc aque illorū
fontiū ita turbide fetoribuſq̄z ꝑmiſte ſunt. vt quicūq̄z ex illis indi-
gne biberint. inſani potius ſint q̄z ſapientes. ¶ Hūc cū recitaſſet di-
alogū. hec ꝯtinuo verba ſubiecit. De poetis inq̄t malis ⁊ ꝑuerſis
tanq̄z preclaro noīe indignis ſolū loq̄mur. de honeſtis ⁊ ſapiētibꝰ
mali nihil. Nec aliquē ſub celo hoc noſtro dialogo offendi volu-
mꝰ. Naz qui tādē obſcuri ſint viri Grāmatici certāt. ⁊ adhuc ſub
iudice lis eſt. Uale ex Conſtantinopoli.

¶ Stephanꝰ caluaſtriꝰ. Joāni lucibulario. S.

OBſcuroꝝ indies numerus magꝭ magiſq̄z augetur Inſcripſi
nudiuſtertius tabule noſtre poetas aliquot nobis ꝑſiſ'es. q̄
ſe inuectiuis potentiſſimos eē gloriant. ⁊ hec eoꝝ ſunt noīa Hirpi-
nus murcida. Pultronus lurcho. Bibeſius ſycophanta. Ollilam-
biꝰ nebulo. Philocapnion iouianꝰ. Joānes ſmoerpot. Hans le-
uerworſt. Grillus reptilis. Henricus hauerſack. Stutſusmurꝰ
de cella vinaria. Cornutus bubulariꝰ Fatuinus ſchelmo. Phyton
ſerpentinꝰ. Georgiꝰ beſtia. Petrus ſclabbert. Hermānꝰ kalf. Ga-
nimedes iunior. Coridon ſiluanus. Sclāpāpius tellerlecker. Stil-
pho gnatonicus. ⁊ Joannes dulkinus. Omitto reliquos q̄ ſpem
nō habēt. ⁊ quoꝝ (ſicuti ſtultoꝝ) infinitus eſt numerus. Hi belluz
ꝯtra theologos acturi ſunt. Nam arrogātia. temeritate. ꝯuitījs ⁊
blaſphemijs pares ſibi nullos habent. Noli igiť plus equo lamē-
tari. Ego inter ſaxū ⁊ ſacrū ſto. ⁊ ex fonte hypocrineo ſum infatua-
tus. Uale ex libetridū ſpelūca nymphaꝝ.

¶ Joānes lucibulariꝰ. Stephano caluaſtrio. S. d.

MIſerrime nobiſcū agūtur oīa. multiplicaſti gentē ſed non
letitiā. obſunt nobis illi ⁊ pſunt nihil Nō vult habere cap-
nion impudētes ſycophantas. Te igiť dilanient. ſtrangulent. ob-
ſtringilent. obliterēt. et culter ⁊ venenū ⁊ incantatio vitā tuā. q̄ eſt
mors. acerbe finiant Uale cū tuis vt potes. Mogūtie ex domo no-
ſtri impreſſoris. penas ſue temeritatis ꝓculdubio daturi.

¶ Pultronꝰ murcida Tiriuillo cornicularío. S.

NOn poſſum nō dolere. nō lachrymari. nō meſtꝰ eſſe. ita nos
excruciāt viri boni ⁊ ſapientes. de illis dūtaxat loquor. qui
nō ſunt de noſtro obſcuroꝝ grege. Et ideo de grege non auſim q̄cq̄z
deponere tecū. Simplex plebecula. pueri q̄q̄z ⁊ mulieres. publico-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nos odio inſequũtur. Clamitãt eñi in plateis huc huc veniũt obſcuri Ruechliniſte. nõ minus deo ꝗ hoĩb9 odibiles Jaciunt deinde in nos ſtercora. Quid multis? Canes nobis oĩb9 vltro nõ irritati adlatrant. nigris eñi vtimur laruis. nec id ſolũ canes agũt. vez et viles caligas noſtras. ⁊ detrita veſtimenta dilaniant. Uale. Ex cella vinaria. vbi nobis danť deorũ reſponſa.

¶ Titiuillus Pultrono. S.p.d.

ANimam ago mi chariſſime Murcida. Utinam eſſem cum Anchiſiade in elyſijs campis. ⁊ hec tam infelicia non audirem. Proh deuz atq3 hominũ fidem. quid hoc eſt ſi contumelia nõ eſt. aut potius dei plaga. Que tu ſcribis, intolerabilia videntur. Gratias Capnion nobis agit nullas. quin potius obſcuris oĩbus maledicit. Alij preterea nos ſycophãtas. alij noctis filios. alij nebulones. alij humanas beſtias. alij monſtroſa mancipia. alij canes rabidos. nonnulli hereticos. blaſphemos. ⁊ fetidiſſimam cõuitiorum ſentinam appellant. Addũt quoq3 nos ſolos obſcuros cum Dathan ⁊ Abyron merito a terra abſorbendos. Uale. Ex Argentina. ⁊ te his oblecta felicitatib9.

¶ Gerhardus Schirruglius. Joanni wickelphio. S.p.d.

MAli ſunt homines qui dicunt nobis male. quis eñi neq3 deum timeamus neq3 homines. alioſq3 indigne leſerimus. nihil tamen eſt ꝙ contumelias perpetiamur. bellum hoc ⁊ lepidum Uerum hec alias graue mihi ſemper atq3 anceps dubium fuit. quare Colonienſes theologi. plus ceteris per Alemaniam florentibus. ſuperioriſtarum errores corripere nitantur ⁊ in ſueuum indignari. hominẽ nobis ſumma diũctũ neceſſitudine Uale feliciter et cras reſponde. Ex Andernako.

¶ Wickelphius ſuo Schirruglio. S.p.d.

NOn poſſum tibi Gordij nodũ abſq3 dolore interno ⁊ horriſonis vlulatibus diſſoluere. Niſi doctor eſſem in omnib9 ſcientijs mũdi. itemq3 ſi neq3 in Bohemia neq3 in narragonia fuiſſem. ad tam difficilem ac plane tortuoſam dubitatiõem reſponde tibi nequaq3 poſſem. Audiui nuper in eccleſia a quodã theologo. ad populum dei verbum habente. reuerendum inquiſitorẽ Jacobum Hoechſtratez. tres ſibi a ſede apoſtolica archiepiſcopatus cõmiſſos habere Colonieñ. Mogũtinam. ⁊ Treuerenſem. vt que mala ſunt. ab eccleſia dei ꝗ primũ reuellat. Adiecit quoq3 Sixtum papam quartũ. ſingulari quadam cõmiſſione per totam Alemaniam hereſium extirpandarum munus theologis Colonieñ cõmiſiſſe. Quod vt luce clarius intueare. breuis illius exemplar tibi per Liripipianum tranſmitto. vt immodice lamenteris Uale ex Madepurck. ⁊ penitentiã age ꝗ primũ potes.

**Sixtus** Papa quartus. dilectis filijs Rectori Deca/
nis ac vniuerſitati ſtudij Colonień.

DIlecti filij Salutē ⁊ aplicā benedictōem. Accepim⁹ lrās vrās
ex quib⁹ cū iocūditate intelleximus. quo zelo fidei orthodoxe
quaqꝫ prudētia. ſcripta erronea hereſim ſapientia. legi imprimi ac
vendi ꝓhibueritis. mulierculārūqꝫ imperitiā repſſeritis. q̄ dū tenē
tur interptanť qđ neſciūt. ⁊ ſcripturaꝝ ſibi vſurpāt ſcientiā. in ma
ximos dilabūtur errores. nec ſibi ſolū. ſed alijs quoqꝫ animarū p/
cipiciū ſtruūt. Laudamus vos in dn̄o vehementer. Feciſtis vt de
nos catholicos (quales ſp fuiſtis) decet et qđ vos nō dubitamus
facturos. ꝓ qua re nos ⁊ hanc ſctām aplicam ſedem. inuenietis in
om̄ib⁹ deſiderijs veſtris promptiores atqꝫ benigniores. Ceterū vt
quod bene cepiſtis facilius poſſitis ꝑficere. harū ſerie vobis auc/
toritate aplica licentiā ⁊ facultatē ꝯcedimus cohercendi ſub cen/
ſuris eccliaſticꝭ ⁊ alijs opportunis remedijs impſſores emptores
lectores libroꝝ hmōi. Et qꝛ fieri poſſet ꝙ impſſores ꝑdicti metu ve
ſtri alio ſe ꝯferrent. volum⁹ ꝙ ordinarijs ⁊ magiſtratib⁹ locorū
in quib⁹ erūt. noſtrā hanc volūtatē ſignificetis. quā vbiqꝫ volu/
mus obſeruari. Datū Rome apud ſctm̄ petrū ſub annulo piſcato
ris. die. xviij. Martij. M.cccc.lxxix. Pōtificat⁹ nr̄i Anno octauo

L. Grifus.

¶Daubengigeli⁹ ſuo Simpriano. S.p.d.

QUo me vertā pre dolore mi ſuauiſſime Simpriane. Si domi
ſum phantaſmatib⁹ vexor. inteſtina lūbricis corrūpūtur. Si
exeo. male de nobis ſentire bonos aīaduertimus. O nos miſeros
et infelices. O funeſtam diē in qua nati ſumus. O pectora ceca. o
hircoſum gregem. eterna ac plane inelubili diffamiaꝝ ⁊ ꝯuiciorū
lepra aduſtū. Nobis Leo papa maledixit. libri noſtri cōburūtur.
nec muliercule. nec pharmacopole ex illis cucullos facere audent
ne venenū qđ in illis latet incautos enecet. Eraſm⁹ preterea nos
deteſtať ⁊ odit. Om̄ia nobis ⁊ in celo ⁊ in terris ſunt aduerſa. Scio
quid faciaꝫ. vltra ſauromathas fugere hinc libet. ⁊ glacialē ꝑrſus
oceanū. Uale. Datū Auguſte ⁊c.

¶Simprian⁹. Daubengigelio ſuo. S.d.

NIl conſcire ſibi nulla palleſcere culpa. Merito nos canes ra
bidos ⁊ blaſphemos boni appellāt. Nimis em̄ impudent
nō in viros ſolum ſapientes ⁊ bonos. ſed in Jeſum chriſtū. in bea/
tam virginem. in ſupernos celites noſtris ꝯtumelijs ludendo de/
bacchati ſumus. Quare nos inſenſati ⁊ degeneres chriſticole. ea ver
ba que ſacroſancta mater eccleſia primipare adaptauit virgini. in
noſtras diobolares meretriculas ⁊ ſcorta publica nocturnaſqꝫ pe/
cudes redegimus? Quid theologos ipſos. validiſſimos chriſtia
ne fidei defenſores. ac ſanctū Petrū celi primatem. perfidis com/

parare iudeis Quid ſacratiſſimas apoſtolice ſedis indulgentias
permerdare. quid cū diuino ſaluatoris noſtri corpore iocari. riſum
qꝫ alijs in frontiſpicio noſtrarū epiſtolarū mouere contendimus.
Emendemus itaqꝫ vitam noſtram in melius. qui ſcienter
deliquimus. Quippe ſi infames noſtre epiſtole in lucem edite nō
fuiſſent. Itemqꝫ ſi neqꝫ Georgij dialogus. neqꝫ prefatōnes duo. ⁊
alia quedā impreſſa forent. diu fortaſſe cauſa noſtri Capnionis vl-
tro ac citro cū honore omniū ſopita fuiſſet. Uale. Ex rure ſubur-
bano ⁊ mecū reſipiſce.

¶ Antonius Rubenſtadius. Stalberio horlepompiano. S.

NEquaqꝫ vltra Sauromathas nobis aufugiendum eſt Inter
nos ⁊ offaꝫ multa cadūt Non vnius duntaxat hominis ꝯſi-
lium ſequi debemus. feſtinādum tarde ne Seneca preſago Ue-
lox cōſiliū ſequatur penitentia. Aliud nobis ſupereſt fugitiuariuꝫ
Glauco etē duce Circes domū. haud longe a Caieta campanie
oppido inquiramus. vt ab ea in cruentiſſimas mutati beſtias the-
ologos q̄primū deuoremus. Simile eē priſcis factū fuiſſe tēpo-
ribꝰ tum Homerus ipſe philomites. tum poete ad vnū omnes at-
teſtantur. Utinā viginti cubitorum dracones eſſemus. de quibus
apud Pliniū legitur. lōge profecto melius ſeſe res noſtre haberēt.
Fuge colluſionem Daubengigelij ⁊ Simpriani. Soli quo volūt
abeāt. nec nos amplius ꝯturbent. Uale. Datū Frācfordie.

¶ Stalberius Rubenſtadio. S.

LOnge mihi alia mens eſt pater honorande. Nemo noſtruꝫ
quoqꝫ pergat. nemo montes caſpios. nemo Sauromathas
nemo Circes montē petat. Monoculus ego ſum ⁊ lippus. ocu-
lari tn̄ Capnionis ſpeculo ſupra naſum meuꝫ poſito. vos erroribꝰ
video implicatos. Legi apud heſioduꝫ in theogonia Protheum
oceani ⁊ tethyos filium. in varias ſeſe olim formas tranſmutaſſe.
Hūc colamus deū. huic porcos ⁊ aſinos offeramus. vt deluſis the-
ologorū oculis. beſtiaꝝ duntaxat formā habere videamur. vt ſub
tali velamento. nihil q̄d aduerſarijs placeat pagamus Quo facto
tum varie eludent ſpecies atqꝫ ora feraꝝ. Alius eē ſubito fiet ſus
horridus atraqꝫ tigris. Squamoſuſqꝫ draco ⁊ fulua ceruice leena
Hec Uergilius. Uale. Datū Cracouie.

¶ Doctor Grillus. Stalberio rubenſtadio
ac ceteris amicis. S. p. d.

QUid alios imprudentie accuſas. quū tu ſis vnꝰ omniū qui
viuant inſipientiſſimꝰ. q̄q̄ tamē in tenebris plus vno vide-
as oculo q̄ reliqui in luce duobus. Beſtie diu fuiſtis ⁊ crudeliſſi-
mis quibuſqꝫ beſtijs longe crudeliores. licet caudas in terrā depen-
dentes. licet aſininas aures. licet vrſoꝝ vngulas. aut ſolidos equo-
rum pedes nō habeatis. Alij veſtrū dracones ſunt. alij vō baſiliſci

Ita em̄ ⁊ verbis icōcinni. ⁊ ſtylo enormēs. ⁊ audacia ac veneno pe/
ſtilētes eſtis. Stultū eſt igit̄ optare qđ diu eſtis ꝯſecuti. Bubo/
nū. noctuarū. aſionū. vlularū. veſpertilionū. ⁊ nicticoracū exēplo
nocturnis volate tpibꝫ. vt nocte intēpeſta palpabiles tenebre vos
obumbrēt. Ualete cū reſipiſcētia ⁊ charitate dei. Ex Norēberga.

¶ Mām̄otrectꝰ būtemātellus. Eyntelrabiano philo/
pompo obſcuroꝝ legato. S. p. di.

EDidit nuꝑ libros duos Reuerēdꝰ heretice prauitatis Inq̄/
ſitor. in quibꝫ luce clariꝰ pꝫ. q̄ꝫ ſancte ⁊ q̄ꝫ pie Georgiꝰ benig/
nus ⁊ Capnion ipe in ſuo dialogo locuti ſint. Ita em̄ in illis con/
uincūtur vt nullo vnq̄ꝫ marte poſſint exurgere. Nō eſt reuerendo
Inq̄ſitori machera hebes neqꝫ ſtylus retonſus. O Philopōpe q̄s
hec futura crediſſet. Nobis lachryme ſunt crocodili Cumani ſu/
mus. hoīes ꝑfecto hebetes atqꝫ obtuſi. Acta agimꝰ. anceres nunc
(vt theologi dicūt) inter olores ſtrepūt. Diſcamꝰ igit̄ aliis in rebꝫ
vti foro. nā operā hic atqꝫ oleū ꝑdidimꝰ Si cras pre ſummo ani/
mi dolore atri ditis ianuā introiero Plutonem rogabo. vt te illuc
poſt tres dies acceſſitū verā obſcuritatē ⁊ tenebras palpabiles q̄ꝫ/
primū iubeat intueri. Uale. vt potes. Ex Cracouia.

Eyntelrabianus Būtemātello. S. d.

O Te omniū ſub celo miſerrimū ⁊ pre ceteris mortalibꝫ ma/
gis importunū. Quid mihi tā triſtia nūcias. q̇d mea gau/
dia in luctū ꝯuertis. q̇d me ex alto in deſperatōis ſterq̄liniū ꝑcipi/
tas. Nō tam acerbe mihi rem geſtā ſcripſiſſes. Me ſenio ꝯfractū no/
ſti. ⁊ ex leui vento huc atqꝫ illuc impelli. Ego em̄ ſi hoc malo nūcio
apoplexia tactus fuiſſem. q̇s obſecro tres meos obulos ꝯſecutus
fuiſſet? Obſerua me igit̄. vt vltīe volūtatꝭ mee dignꝰ executor inue/
niare. Nō te moueāt theologoꝝ correptōes. Indocti ſunt. ⁊ ꝑter
ſacras lrās ſciūt nihil. Poetas nō intelligūt. Quid ergo noſtrarū
epl'aꝝ myſteria intelligerēt. neqꝫ Ariſto. in. xv. phyſicoꝝ. neqꝫ por/
phyriū in libris de aīa. neqꝫ Eſopum in metaphiſicis legerūt vnq̄ꝫ
Abeant igitur. noſqꝫ more noſtro viuere ac loqui ꝑmittāt. Uale

¶ Trullus pomiuēdulus. Flacco murilegiano. S. d.

AUdio iudeos multū letari de ꝓſpero ſuaꝝ reꝝ ſucceſſu. Le/
gūt em̄ libꝝ quēdā talē q̄lē ad mēſam diſcūbētiū ⁊ in ſynago/
gis ſuis diabolicis. vt indies chriſtianos derideāt ⁊ execrabiles ſu/
os libros Chriſto deo blaphemos. iniuſte tueāt̄ ac ꝯſeruēt. Qua/
re ſi ꝑditiſſimi crucis Chriſti hoſtes. indigne ⁊ ex ingenita atqꝫ in/
ueterata malicia letant̄. nos ꝑpetuis lamētemur in tenebris nece ē
Ex frācfordia aūt nūdinis nūc Aprilibꝫ. aliq̄t tecū ocularia ꝯfer
vt ſi nō mētis. ocl'oꝝ tn̄ viſum reſtauremꝰ. Nūc ſolū habemꝰ ho/
norē. q͞ iudei in ſcādalū eccl'ie obſcuroꝝ epl'as in teutonicū trāſtu/
lere. Uale vt potes. ex Dulken. Anno. M. ccccc. xviij.

¶ Joānes Murmellius libro ij. elegiaꝝ ſuaꝝ. in laudē Arnol
di Tūgerēſis. ſummi et veri Theologi hoc carmē ſapiēter edidit.

NUnc precor Arnoldum blande fac muſa ſalutes
Tungrorum, veterum ſpemqꝫ decuſqꝫ nouum
Qui primos inter proceres veſtigia diui
Alberti ſequitur optima queqꝫ docens
Quem dubites morum laudes equabilitate
Amplius. an ſophie cognitione ſacre
Externas cuius longe peruenit in vrbes
Nomen. et inſignis fama pudicicie
Hoc eſt Laurenti domus et ſchola laeta magiſtro
Urbis Agrippine clarior et reliquis
Hocqꝫ nouum iuuenes ſpaciando docente lyceum
Diſcipulos plures quam Theophraſtus habet
Huic preceptori multum debere fatemur
Quamuis ſit ſophie portio parua mihi

¶ Querimonia fidei ad obſcuros Reuchliniſtas

GEns inimica dei. que te veſania torquet.
Quis furor vſqꝫ adeo corda prophana rapit.
Spargitis in chriſti famulos Mauortia tela.
Nectitis et leti retia ſeua trucis.
Quid iuuat inſontes ſic marte laceſſere duro.
Chriſtigenas: quid ſic nos iugulare iuuat
Uos colitis ſpurce ſecte ludibria Turci.
Tartareum colitis et ſine merce iouem
Tura datis manibus diti non iuſta prophanis.
Atqꝫ vorant ſtigij Turpia liba canes
Eccleſie ſacram nolite laceſſere ſedem.
Hanc Chriſtus ſtatuit. hec ſine fine manet
Pellite barbaricos vos Thurci quæſo furores
Noſſeqꝫ ſupremum diſcite queſo deum.
Heus veſtros animos ſeducit pſeudo propheta
Quem phlegethontei gurgitis vnda vorat.
Uana fides veſtra eſt. non eſt ratione probata.
Aduerſus ſummum pugnat iniqua iouem
Sculpta nihil veſtros poſſunt ſimulachra iuuare
Optatus. nihil et ſtulta miniſteria.
A me veridicas leges audite precamur
Eterni pariter nunc monimenta dei.
Ad mea dicta aures. Animoſqꝫ intendite veſtros.
Qui cupitis prompto noſcere corde deum.
Contra qui ſanctas leges contemnitis. hinc vos
Effugite. et ſacras linquite queſo domos.

¶ Zacharias lucenſis omnibꝰ obſcuris S P D

COllegi in vnū epiſtolas veſtras lamentationū. que bonis
omnibꝰ magis q̄ꝫ prime placent Neſcio quibꝰ loquoꝛ. obſcu
ri eſtis. nemo vos videt. nemo bonus nouit. Nemo igitur vos
offendit. nemo ſcandalizat. Si cōſcientiā veſtrā intueri volueritis
et coꝛam deo veſtrarū ep̄larū rationē reddere. facti vos proculdu/
bio penitebit. Nō vna ep̄la. non vno epiſtolaꝝ libro ſed mille epiſ/
tolis multiſq̄ꝫ libris expreſſe et apte deū atq̄ꝫ homines offendiſtis
Notū eſt et publicū vbi veſtre ep̄le impreſſe ſint. noti etiā quibuſ/
dam auctoꝛes Damus bonū pro malo nec vos hoc loco moꝛe veſ/
tro nominare volumus. ne ſtulto reſpondiſſe iudicaremur iuxta
ſtultitiā ſuā. ne etiam contra Chriſti doctrinam vobis vel viuētibꝰ
vel moꝛtuis. aut veſtri ſimilibꝰ dūtaxat notis. ſcandali aliquid in/
ponerem? Si nō eſt aliquis Ollilābiꝰ i rerꝫ natura. ſi nullꝰ Lāg/
ſniderius. quid obſecro fictis nominibꝰ res ipſa peragit. Diſcite be
ne agere ⁊ nolite gloꝛiari in malicia ⁊ nequicia. quod eſt peccatum
in ſpiritū ſctm̄. Modeſtia opus eſt nō iniqua cōtentiōe. qua Cap/
nionem. vobis proculdubio indignantē. defendere nō poteſtis.
Credimus poſtremo nullū eſſe ſub celo poetam. pium. doctū. eru/
ditū et ſapientem. qui ſchurriles veſtras ep̄las quas obſcurorū in/
ſcripſiſtis. manu ſua aut etiā digito tāgere dignet Non ſunt poete
boni ſimiles vobis. Alij ſacratiſſimas elegias. alij moꝛales verſus
alij vero (vt videmus) honeſtiſſimā proſequūtur materiā. Non
igit ab oꝛatoribꝰ aut poetis ſed a peſſimis quibuſq̄ꝫ nebulonibus
ac pſeudo Chriſtianis (qui ſe ipſos Obſcuros et Reuchliniſtas
appellarūt) veſtre ſunt effuſe epiſtole. quos ego laudare nō debui
quū ſctā ſedes ap̄lica. iniquitatis eos filios eſſe decreuerit.
Uale lectoꝛ chriſtiane. et hec que citra cuiuſcūq̄ꝫ viuētis cōtume/
liā. aut indignationē dicta ſunt boni cōſulito.

¶ Finem habent lamentationes obſcuroꝝ
Impreſſe Anno domini M.
CCCCC XVIII.

# Epiſtola apologetica Ortwini Gratij. ob primam a paruulo educatiōem Dauentrienſis cognominati. Agrippinenſis quoqꝫ academię philoſophi Chriſtiqꝫ ſacerdotis Ad obſcurā Reuchliniſtarū cohortē. citra bonoꝝ indignatōem miſſa.

GRauiter ꝛ iniquo aīo maledicta veſtra paterer vi/
ri obſcuriſſimi. ſi vos ſcirē iudicio magis ꝙ̄ mor/
bo animi petulātia veſtra vti. At quū in vobis (vt
Saluſtij verbis vtar) neqꝫ modū neqꝫ modeſtiā vl/
lam aīaduerto. nec ſit ſub orbe lunari tā impie men
tis hō. qui idipſum negare aut poſſit aut debeat aut
velit. vobis pientiſſime rn̄debo. vt ſi quā maledicē
do ꝛ in deū ꝛ in hoīes libidinē cepiſtis. eā vel patiēter (mō lucis fi/
lij eſſe volueritis) vel male audiendo amittatis Legi nuꝑ ep̄l'as
veſtras. quas obſcuroꝝ viroꝝ inſcꝑſiſtis. longe a lamētatoib⁹ diffe
rentes. plenas oīs ipudentie ꝛ iniq̄tatis. In q̄b⁹ nō mō viros eru/
ditos ꝛ ꝓbos acerrimoſqꝫ fidei catholice defenſores. verū etiā deū
ipm̄. noſtre ſalutis opificē. ꝑ oēs impudētie numeros blaſphema/
re Diuā quoqꝫ virginē ſaluatoris noſtri parentē ludendo. q̄ de ea/
dem in ſacris ſcribuntur lr̄is. veſtris meretricib⁹ adaptare. ꝛ ſctōs
deniqꝫ ipos. veſtris exagitare lenocinījs nō erubuiſtis. O tēpora
maledicta in q̄b⁹ reuerēdiſſimi ꝑſules. illuſtriſſimiqꝫ ꝓ̄ncipes hec
fieri patiūtur. O nefaſti (vt de vobis dūtaxat obſcuris loquar) ve
ſtre natiuitatꝭ dies. O mores ꝑ̄poſteros. oīnigenis obūbratos cri
minib⁹. Vos ꝑfecto eſtis in q̄s fines ſeculoꝝ deuenere. vos inquā
Antichriſti p̄curſores ꝛ diſſoluti iudeoꝝ rabule. Vni⁹ eīn viri cō/
templatōne. neqꝫ deū timetis neqꝫ hoīes. Recte igit̄ a pſalmiſta dic
tum eſt. Exacerbauerūt eloquia dei. ꝛ ꝯſiliū altiſſimi irritauerunt.
Et iterū de⁹ ꝑ ꝓphetā. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa. et
ſermonib⁹ odij circūdederūt me. poſuerūtqꝫ aduerſuꝫ me mala ꝓ
bonis. et odiū ꝓ dilectōe mea. Hinc eſt ꝙ ſctiſſim⁹ dn̄s noſter
Leo papa. x. in ꝑſona chriſti tanq̄ꝫ ver⁹ dei vicari⁹. ꝓpria mot⁹ pi/
etate. ſuāqꝫ reſpectās eccl'iam. vos filios iniquitatis appellat. et a
nullo vnq̄ꝫ ſacerdote (excepta ſaltē mortis hora) abſoluendos Hoc
aūt veꝝ eē ꝛ decretū ap̄l'icū. ꝛ reuerēdiſſimi Colonieñ archiepi trāſ/
ſumptū lōge lateqꝫ trāſfuſa declarāt. Itēqꝫ nō in vos dūtaxat Ob/
ſcuros talis fulminat̄ ſentētia. ſed in oīes ꝑditiſſime veſtre cōiu
rationis ꝯſcios. in oēs q̄qꝫ taliū libroꝝ impſſores. vēditores. lec/
tores. reſeruatores. ꝛ in eos etiā q̄ hiſce reb⁹ auditꝭ teterrimos illo
rū auctores ſuis nō ꝓdūt iudicib⁹. nec tā ſcurriles libellos intra tres
dies cōburūt. O ſentētiā ap̄l'icam oīni laude ꝛ honore dignam

cũctiſq; chriſtifidelib⁹ ſũmope neceſſariã. Quã certe q̃ nõ patitur
cui rei ſacratiſſime. neminiq; non fructuoſe ac plane ꝑutili. q̃ reſi/
ſtit. q̃ oblatrat. q̃ inuidet. q̃ obluctat̃. q̃ nõ obedit. q̃ deniq; ĩpedimẽ
to eſt. aut ꝯſilijs. aut fauore. aut factis inſipiẽter renitẽdo. degenerẽ
ſeſe chriſticolã. ⁊ ſacre fidei ꝯtẽptorẽ luce clari⁹ oſtẽdit. Uiderint
q̃q; ſacerdotes. q̃ auctoritate ꝯtra ſacroſctẽ ſedis apl'ice determina
tionẽ. nõ ſolũ obſcuros. ſ; ⁊ famoſaꝝ epl'aꝝ lectores. venditores. ⁊
id gen⁹ alios in breui apl'ico (vt ſupra ſatis clare in lamẽtatiõibus
obſcuroꝝ explicat̃) expſſos. abſoluere audeãt. Nemo veſtrũ plus
equo ſue innitat̃ prudẽtie. Hinc eſt ꝙ Chriſoſtom⁹ ait ſermõe. xij.
Nõ fidei. ſ; ꝑfidie. nõ ꝯfidẽtie ſ; diffidẽtie eſt. nimiam in ſemetipo
habere fiduciã. Que etiã quot ꝓclaros viros. quotq; ĩgenuos ado
leſcentes in cauſa Reuchlinica deceperit. cogitare poterũt pauci.
dicere nemo. ¶ Uerũ vt eo vñ diuertit noſtra nũc reuertat̃ oꝛõ.
Quis (rogo) inferoꝝ. aut que tãdẽ cecitas vos coegit. vt in ſcd'a ve
ſtraꝝ epl'a editõe Florẽtinos ĩpos. ſciã ⁊ ꝟtute florentes. eoſq; non
aliter. q̃; ob ingenij et nature dotes ita appellatos Zodomitas
diceretis. nec zodomitas ſolũ. verũ ⁊ nobiliſſimã eoꝝ ciuitatẽ. cũc
tis mũdi ciuitatib⁹ zodomitis pleniorẽ. tot ſacerdoti ſalutes ſcri/
bendo quot ſint in Florẽtia zodomite. Uerũ hec peſſum eãt. Cete
ra id gen⁹ ꝯuitia aurib⁹ indigna mortalium. hoc loco relinq̃mus.
Nũquid igit̃ ſatis vobis fuit. eccl'iam dei neq̃ter leſiſſe. niſi etiaꝫ in
moderni pontificis optimi maximi. oĩmq; l'ris atq; linguis cele/
brãdi. dedec⁹ ac ꝯtumeliã. tã obſcena de Florẽtinis. vobis effuſa le/
gerent̃: Nõne ſummo pontifici in ſcena ⁊ in vmbraculis iniq̃ta/
tum vr̃aꝝ parcẽdũ: An ignoratis ſctiſſimũ dñm noſtꝝ Leonẽ pa/
pã decimũ. a dño deo (id qđ ſctã fatet̃ eccl'ia) veluti oĩm virtutũ exẽ
plar ⁊ architypon. ſup gentes ⁊ regna in terris ꝯſtitutũ. vt euellet
diſſipet ⁊ plantet: Faxit itaq; de⁹ quo grauiorib⁹ vos cenſuris. ſa/
croſctã ſedes apl'ica ꝯdẽnet. Subdole ꝓterea ⁊ ingenioſe ſatis
(vt veſtram impudentiã lati⁹ ꝓſeq̃mur) Jmꝑialeꝫ maieſtatẽ nobis
ſꝑ venerãdã deridetis. quũ nullo ſit vobis op⁹ ꝓuilegio Uenetoꝝ.
Cui⁹ etiã mãdata a nobis in hũc vſq; diẽ ſꝑ illeſa. ꝑ vijs vr̃is men/
dacijs. hereſib⁹ q̃q; ⁊ blaſphemijs. neq; deũ timẽtes neq; hoĩes. ni/
mis licẽter infregiſtis. Theologos inſup nõ mõ diuerſaꝝ vniuer
ſitatũ. verũ toti⁹ eccl'ie lumina. alioſq; tã virtute q̃; ſciã ꝓclaros. ⁊
ſpecie q̃dãmõ a vobis differẽtes. vr̃is dentib⁹ cruentiſſime lãcinã/
tis. ⁊ ꝯuitijs inſeq̃mini nebulonicis. q̃ꝝ ꝑfecto calciamẽti corri/
giã. vel oĩm iudicio. ĩdigni eſtis ſoluere. O ceca atq; ĩpudẽs iuſti/
uſmodi Reuchliniſtaꝝ cohors. Aude aliq̃d breuib⁹ gyaris ⁊ carce
re dignũ. Si vis eẽ aliq̃d. Audaces fortuna iuuat. etſi multa au/
dere (vt Menãdro placuit) multa aberrare facit ¶ Quid multis:
Ex oĩni nãq; genere hoĩm. quos varijs vitijs. ĩgenioſã ⁊ ad malũ

prona irretit ĩprobitas. nullũ neqȝ ſceleratius neqȝ odibiliꝰ eē re-
oꝛ. nec graviore cenſura aīaduerſioneqȝ plectēdũ. qȝ eos q̇ cũ puer
ſe mētis animiqȝ malignātis ſint. fingēdo tñ id callide ſub fictorũ
noīm ac cognominũ velamēto ⁊ moliũť ⁊ agũt. vt ſynceri ꝓ chri
ſto ⁊ integerrimi hoīes. oīqȝ carētes vitio. ĩprobi habeanť. Jtez qđ
indigniſſimuz eſt. alioꝝ pctā. q̄ nihil (vt infra dicemꝰ) ad rē faciũt
Capniōis. nec vera dignoſcũť. acerbiſſime redarguũt. q̇bꝫ ipi preci
pue obnoxij ſunt. alioꝝ virtutes ac bñfacta mali ꝯſulũt. ſuoꝝ peni
tus ſceleꝝ obliti. Perſuade tibi o chriſtiane lectoꝛ (nā ꝑſuadere tu-
to potes) hos obſcuros Reuchliniſtas. nocētiſſimũ eē genꝰ hoīm
cũctiſqȝ flagitijs ſceleribuſqȝ coopťũ. calamitatē. euerſionēqȝ reip.
chriſtiane q̄rentes. nec ſummo pontifici. patri vere beatiſſimo. nec
exteris etiā nationibꝫ in peſſimis quibuſqȝ parcētes. Elinguis
ꝓfecto ⁊ mutꝰ Cicero eē poſſet in tā lata tāqȝ ampla ac plane exe-
crabili obſcuroꝝ materia. Vitioꝝ q̇dē apud eos referta ſunt oīa. q̄
vndiqȝ facto agmine in nos inſontes irruũt. circũſtant. ꝑmũt. vr-
gent. Hic aũt ſuc diſcriminibꝫ miſerrime iactātur. vt difficile ſit in
portũ ſeſe ab his ſalutarē appellere. Quibꝫ q̄rar. q̇s iploꝛē? Nimia
mehercle eſt improboꝝ quorũdā (nō dico oīm) Reuchliniſtaruz
licētia. tũ in eccl'ie ſcādalũ. tũ in bonoꝝ oīm ꝯfuſionez. veluti ex eq̄
troiano cateruatim redũdātiũ. Sũmi. infimi. mediocres ꝓlabũtur
Et Plinio teſte. Multi famā (etſi vmbratilez ac vanā) pauci ꝯſciam
verenť. q̄ tñ (vt Augꝰ. nobis ſcriptũ reliq̄t) eſt mille teſtes ¶ Ve-
rũ eniuero. vt vos appellē. citra veſtram atqȝ alioꝝ indignatiōem.
Quid obſecro vobis ꝓſunt ꝯuitia. q̇d mendacia. q̇d ꝯtumelie. q̇d
cauillatōes. q̇d ludibria. q̇d ſtulte in celũ irriſiones. q̇d ĩpie tādez
hereſes? Nōne ſcriptũ legimꝰ? Cōfundanť oēs faciētes vana. At
mihi q̇s obiecerit. Facetiaꝝ grā Obſcuri talia locuti ſũt. Eho inq̄
vir bone Nũq̇d irrideť deꝰ? aut iſtiuſmodi ꝯuicijs Capnion ipſe
ſuis exoluiť erroribꝫ? Bedā audite venerabilē. Oīs (inq̄t) amari-
tudo. ⁊ ira. ⁊ indignatio. ⁊ clamoꝛ. ⁊ blaſphemia. ⁊ mala ꝯtētio. ſpi
ritꝰ imũdi furoꝛ eſt. Jneptijs certe veſtris ⁊ mēdaci nō ferēdoꝝ ex-
probatōe Capnionē veſtꝝ (mō ꝯſciam ĩtueamini) defendere nō po-
teſtis. Plus illi dedecoris. plus ſcādali. plꝰ turpitudinis. plꝰ infa
mie. qȝ laudis aut glorie peperiſtis. Honorare (opinoꝛ) voluiſtis vi
rũ bonũ. at illũ ſpe vr̄a falſi. plus eq̄ inhonoraſtis. nullam fortaſſe
grām ab eodē recepturi. Nec induci poſſum vt credā talē illũ tā-
tũqȝ poetā vos ad tā inſigne tāqȝ infame ſcribēdi facinꝰ cōcitaſſe.
niſi idipm obeſſe videať qđ ĩ ſuis ad nos ep̄l'is talia nobis futura
ꝑdixerit. Ego tñ neqȝ obſcuros vos appello. neqȝ Reuchliniſtas
verũ hec noīa (ſiue bona illa ſint ſiue mala) vobiſipſis nō indecēter
impoſuiſtis ¶ Noīa hercle vr̄a (qȝtũ videre videoꝛ) noībꝫ q̄drāt.
Jlle ſumulus appellať. vos Obſcuri. Et vere obſcuri. Nā tenebre

oīm vr̄e (vt cū gr̄a ⁊ honore Capnionis nō vīo loq̄r) totū pene ter
raꝝ orbē. infinitis. tū erroribꝰ tū mēdacijs obūbrarūt. ¶ Ad cō
uitia vr̄aꝝ ep̄laꝝ reuertor patres ꝯſcripti. ⁊ ad falſas ac plane ꝯmē
titias. in optimos q̄ſq₃ vitioꝝ exprobratōes. q̄ ad boni Capniōis
defenſionē ꝓrſus faciūt nihil. nec in oculis ſapiētū integros ledūt
viros. ſ₃ vl'i ꝓh dolor eccl'ie indelebilē inurūt maculā. O vtinā ta
lia ꝑſcis ſctōꝝ patrū ſcripta fuiſſent tpibꝰ. Nō dubiū q̄n vel manꝰ
vobis p̄ciſe. vel lingua ꝯfeſtim eruta. vel guttur laq̄o' clauſum fu
iſſet. At excitabit ꝓculdubio corda p̄ncipū miſericors ⁊ oīpotens
deꝰ. vt rebꝰ oībꝰ vltro citroq₃ ꝑſpectis ac rite cognitis. iuſticie mu
nꝰ (qḋ ſp̄ optauimꝰ) ꝯp̄mū exequant̄. Nihil ē em̄ tā abſurdū. nihil
tā abominabile. nihil tā ipiū. nihil tā ingratū deo. qḋ vr̄e (⁊ id q̄dē
citra oēm occaſionē) nō effundāt ep̄l'e. Neſcitis temeritatē ꝯſilij de
fectū eē ⁊ iprudentie ſpeciem: ſ̄m b. Tho. 2a2e. q. xxxv. ar. xxv. c. fi.
Illa em̄ temeritate fiūt q̄ rōne nō gerūtur. ⁊ ideo ſupbie eſt filia. vt
ibidē ꝓbat̄. q. liij. ar. iij. ¶ Quare obſecro (o vos degeneres ſoluz
poete ⁊ filij iniq̄tatꝭ) tā ipie abutimini gr̄a vobis a deo data: Quid
chriſto illuditis ⁊ eiꝰ matri: Quid tunicā dn̄i: q̄d reuerēdā Petri
imaginē. q̄d ſacramēta eccl'ie. q̄d ſacratiſſimas ſedis ap̄l'ice idulgē
tias deridetꝭ: Quare doctiſſimos ⁊ ſapiētiſſimos eccl'ie doctores
ꝑſeq̄mini: Quare talpati oculatos ꝯtēnitis: q̄re iniq̄tatē fouetꝭ:
q̄re iniuſticie ⁊ malicie patrocinamini: An Capnionē hiſce vr̄is le
nocinijs in cā fidei defendēdū ſuſcepiſtis: O ſtulti ⁊ inſenſati Au
dite (clamat Eſaias) v̄bū dn̄i. p̄ncipes zodomoꝝ. auribꝰ ꝑcipite le
gē dei vr̄i. populꝰ Gomorre. Filios (inq̄t) enutriui ⁊ exaltaui. ipſi
aūt ſpreuerūt me. Ue vobis falſarijs. q̄ nr̄a epitaphia ⁊ laudabilē
alioꝝ doctrinā ꝑuertētes. illoꝝ loco rythmos ponitꝭ ipuriſſimos
ꝯmiſſoq₃ ꝑ vos crimine falſi. neq₃ editis prognoſtica. mihi illa in
ſonti ⁊ imerito. ad multoꝝ p̄ncipū. ciuitatū. optimorūq₃ viroꝝ
offenſionē ac ſacre aſtronomie irriſionē. nō incruētē aſſcribentes

Cōmiſſo inq̄₃ ꝑ vos crimine falſi. id qḋ ſ̄m leges ſacratiſſimas
ſp̄ penā capitis iportat. famoſiſſimos editis libellos. ſacroſctē ſe
dis ap̄l'ice Ceſarieq₃ maieſtatis auctoritatē abſq₃ om̄i ꝯſcie ſcrupu
lo. vtrobiq₃ infringētes. Propterea idē ꝓpheta exclamat. Ue gēti
peccatrici. ppl'o graui iniq̄tate. ſemini neq₃ filijs ſceleratis. O q̄to
tēpoꝝ interuallo. diuꝰ Eſaias hec futura ꝓuidit. Dereliquerunt
(inq̄t) dn̄m. blaſphemauerūt ſctm̄ Iſrael. abalienati ſunt retrorſuz
Si res veſtras mētis oculo intueri volueritis. argētū certe veſtrū
mutatū eſt in ſcoriā. ⁊ vinū (nō vt ille ait aqua mixtū) ſ₃ in fetidiſſi
mā maledicēdi. mētiēdi. ac blaſphemādi ſentinā ꝯmutatū. Ri
deris ſcio. nec mirū. Scriptū eſt em̄. Letant̄ cū malefecerint. ⁊ exul
tant in rebꝰ peſſimis. Et Pythagora teſte. Sues libentius in ceno
q̄ in fonte ꝟſant̄. Rideris in ꝟ₃. at riſus ꝓfecto veſter in luctuz cō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mutabit. ⁊ niſi ſubitanea morte (ꝙd deus auertat) pꝛeoccupati fueri
tis. illā ꝓculdubio viuetis horā. in q̄ ſera ducti penitudie. v̄re vos
iniq̄tatꝭ penitebit. Eſt eni̅ in oꝛe oīm. Sero ſapiēt phryges. Nobꝭ
(a quibꝰ nunq̄ꝫ offenſi eſtꝭ) indigne et imerito illuditis. at deus ipe
nō irridet. Dicit itaq̄ꝫ cū ꝓpheta Gens abſq̄ꝫ ꝯſilio. vtinā ſaperent
et intelligerēt ac nouiſſima ꝓuiderēt. Hec ꝑfecto nemini noſtrū
legitime pn̄t obiici. quū ſimilia ediderimꝰ nunq̄ꝫ. Eo nūc calami
tatꝭ (heu nos infelices) eſt ꝓceſſū in eccl'ia dei. vt oꝛa fere oīm (pꝛoh
pudoꝛ nefas ē dicere) ethnicoꝝ magis q̄ꝫ chꝛiſtianoꝝ ſentētiis abū
dent. Pluris poetas facitꝭ. q̄ꝫ ſacros eccl'ie doctores ⁊ in ſola v̄boꝝ
pompa oēm v̄re beatitudinꝭ gloriā ſtulte collocatꝭ. Hinc in publi
cis tū declamatōibꝰ tū oꝛatōibꝰ. nomē Jeſu chꝛiſti inuocare ridiculū
vobis eē videt. Hinc euāgelia in repꝛobū exponitis ſenſū. ⁊ omni
tū vultꝰ tū animi depoſita g̃uitate. irrefragabilē ſacraꝝ lr̄āꝝ aucto
ritatē obūbratꝭ. Ve itaq̄ꝫ vobis (Eſaias ait) q̄ dicitꝭ malū bonū
⁊ bonū malū. ponētes tenebras lucē ⁊ lucē tenebras. ponētes ama
rū in dulce ⁊ dulce in amaꝝ. trahētes iniq̄tatē i funiculꝭ vanitatis
v̄re. Ve q̄ ſapiētes eſtꝭ in oculꝭ v̄ris. ⁊ corā vobiſmetipis pꝛudētes
Quis vobꝭ fidei cām ꝯmiſit? Quis v̄bo vos offēdit? Nemo her
cle nemo. Noſtris certe theologꝭ hereſiū extirpādaꝝ munꝰ. a Sixto
papa q̄rto (vt in v̄ris lamētatōibꝰ ptꝫ) peculiariter ē ꝯmiſſū. Iraſci
mini ꝗ ⁊ nolite peccare. Scabāt muli mulos ⁊ ſanguinē inocētū nō
eliciāt. His moribꝰ. his ꝯuiciis. mēdaciis ⁊ ꝯtumeliis Capnion
ipe. amicos ſibi habere nō poteſt. videt inimicos velle. Irriſiones
ꝑterea veſtre nihil ad Reuchlinicā faciūt contentionē. Si vobis
aut aliisq̄ nobꝭ aduerſāt. pctā exꝓbꝛare. ⁊ falſiſſima q̄q̄ꝫ offūdere
vellemꝰ. nō deeſſet nobis foꝛtaſſe ſcribēdi materia. ſꝫ h̄ hiſtrionū eſt
⁊ mulierculaꝝ. nō bonoꝝ neq̄ꝫ ſapiētū. Propterea doctiſſimꝰ ille
Eraſmꝰ Roterodamꝰ. theologoꝝ diſertiſſimꝰ. ⁊ nō vulgari dignꝰ
honoꝛe. vos obſcuros Reuchliniſtas. tāq̄ꝫ peſtē quādā deteſtat. do
letq̄ꝫ ac plane igemiſcit. ſeſe in v̄ris ep̄l'is a vobꝭ eē ꝯmēdatū. Ecq̄d
miꝝ? Laudes eni̅ obſcuroꝝ ſordes ſūt. nō ꝑconia. nec ē ſub oꝛbe lu
nari. tā ꝑuerſe mētꝭ hō. q̄ vl' merita laudꝭ. aut vite inocēt acte. teſtē
ab obſcurꝭ petat. Eſt ⁊ aliꝰ eccl'ie ꝑlatꝰ. q̄ licet Capnioni bene ve
lit. ſeueriſſimꝭ tn̄ vos iſeq̄t carmibꝰ. Itēq̄ꝫ Richardꝰ ipe. ꝯgnomē
to Sprulꝰ. poeta ⁊ oꝛatoꝛ nō vulgarꝭ in ſua Chryſochari treberica
ad piētiſſimū Treueroꝝ ꝑſulē. ſapiētiſſime vos ⁊ redarguit ⁊ caſti
gat. Malumꝰ igit a vobis abiecte ſortꝭ hoībꝰ vitupari q̄ꝫ laudari.
Nā teſte Aulo Gellio lib. vi. noc att. Qui maledicit ⁊ vitupat. fidē
nō capit. Itēq̄ꝫ nec valde gaudere debemꝰ (vt Auguſtino placuit ad
voluſianū) qn̄ laudamur. nec ꝯtriſtrari. qn̄ vitupamur. Quia nec
deꝑuare iniuria. nec coronare p̄t laus aliena. Hinc Seneca de reme
diis foꝛtuitoꝝ nos optīe ꝯſolat. Mal (iq̄t) de te opināt hoēs. ſed

mali. Mouerer. ſi de me. Mari⁹ ſi Cato. ſi Leli⁹ ſapiēs. ſi alter Cato
ſi Scipiōes duo. Et mox adijcit. Mouerer. ſi h̄ iudicio facerent.
q̄d nūc morbo faciūt. ¶ Quod aūt vos mouere poſſet aut dictū
aut factū. q̄s nō puduerit. palā cūctis legētib⁹. oīm fere criminum
ſordē de vobiſipſis ꝯfiteri. Nolite itaq̄ȝ in v̄ris ad me ep̄l'is. parētū
mihi meoꝝ ꝯditōeȝ aut ſtatū exprobrare. Patre nat⁹ ſū Federico
de graes in dioceſi Monaſterieſi ꝑpe Coſſeldiā habitāte ⁊ adhuc
ſupſtite. cū ſororib⁹ meis ⁊ amicis. id q̄d nō ſūmis mō in Colonia
viris. veꝝ ⁊ clariſſimo illuſtriſſimoq̄ȝ ꝑncipi ac reuerēdiſſimo eccl'ie
Monaſterien̄ pōtifici Erico. ſatis ſupq̄ȝ ꝯſtat. veluti liber. de Weſt/
phalie laudib⁹. eidē a nob̄ȝ an̄ aliq̄t ān̄os reuerēter nūcupato. lōge
copioſi⁹ ꝯtinet Me aūt Dauētrieſē cognominatū. nemo prorſus
admiret. Fui em̄ in tenera ꝑmū etate (⁊ id q̄dē m̄re mea Gertrude
in omni honeſtate defūcta) Dauētriā a p̄re ad fratrē miſſ⁹. vbi maio
res n̄ri. vl' patricij ſemp vl' ſenatores fuere. vt ſub Alexādro Hegio
illic tūc gymnaſiarcha. greceq̄dē ac latine erudito. bonas l̄rās puer
nō ignorarē. Quapropt in Weſtphaloꝝ laudē. tale ad memoratū
ꝑncipē cecinimus Tetraſtichon

Weſtphalus in cunctis ſolers. atq̄ȝ ore modeſtus.
Viuidus ingenio. relligione ſacer.
Nobilis officio. nulli probitate ſecundus.
Illuſtrans orbem. coniuge. prole. domo.

Hec obit dicta ſūt. q̄ etiā ſi omiſſa forent Capniōi tn̄ ꝓdeſſēt nihil
¶ Induāt itaq̄ȝ q̄ detrahūt mihi pudore ⁊ iduāt ſicut diploide
ꝯfuſiōe ſua Confitebor dn̄o nimis in ore meo. ⁊ in medio multoꝝ
laudabo eū Qui aſtitit a dextr̄ȝ pauper̄ȝ. vt ſaluā faceret a pſeq̄ntib⁹
aīam meā. Aliud ē em̄ de hereſi. aliud de vitijs hūanis ꝯtēdere. Ali
ud quoq̄ȝ blaſphemare deū. aliud hoīb⁹ (⁊ ſi immerito) illudere. Nō
patiūt Theologi. ſaluatoris n̄ri hūanitatē. habitui ꝯparari mere/
tricio. ipm̄q̄ȝ vt ſimplicē hoēm et huū. nō vt deū. a iudeis interēptū
Itēq̄ȝ nō poſſe ſat̄ȝ ex nouo ꝓbari teſtamēto Chriſtū ſaluatorē n̄rm
(vt in Georgij dialogo habet) verū fuiſſe deū. Hec ⁊ alia id genus
multa. longeq̄ȝ deteriora. a q̄ tādē cōflata. boni ne etiā an mali ꝯſu/
lēda ſint. ſacratiſſimis theologie doctorib⁹. nō obſcur̄ȝ halophātis
diſcutiēdū relinq̄ ¶ Quapropt Apologiā nup edidit. reuerēd⁹
heretice p̄uitatis Inq̄ſitor oīm̄ dign⁹ honore in qua luce clari⁹ pa/
teſcit. q̄ȝ ſctē nobiſcū. et q̄ȝ pie. citraq̄ȝ oēm (ni fallar) maliciā. ī eccl'ia
dei veſter Capniō ābulauerit Quātam aūt mihi fecerit iniuriā. me
Chriſti ſacerdotē licȝ īmeritū ⁊ philodemonē in falſa ſua defenſiōe.
⁊ hereſiarchā appellādo. pauci ignorāt. Plen⁹ (vt opinor) furia/
rū ⁊ recte rōnis obliť⁹. me talē eē vulpinatus eſt. nullā penit⁹ aliā
rōnē habēs. q̄ȝ ꝙ hoc grō Iouis. in bonā (vel ipi⁹ maxime exēplo)
viſus fuerim ſignificatōeȝ. O magnū theologū O poetā inſignem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quis hͣ nõ ridebit cauillũ: q̃s nõ potꝰ improbet ac plane deꝛt eſſe?
¶ Ceterum hec ridicula Capnionis ſubtilitas. in p̄fata Inquiſi/
toris apologia ſatis ſuperq̄ꝫ retundit̃ ⁊ in Boccatio. lib. ij. de gene/
alogia deoꝝ. itemq̄ꝫ in Auguſtino. lib. ij. de ciui. dei c. xiij. et cõfeſſ.
lib. j. de poetis. multiſq̄ꝫ alijs in locis. que hic. ne Capnionẽ noſtrũ
offendiſſe videamur. libẽter omittimus. ¶ Atqui. ne quod pri/
mũ puto. hic ſilentio p̄teream. Neq̄ꝫ Capnionẽ veſtrũ. neq̄ꝫ Reuch/
liniſtas omnes. neq̄ꝫ veroꝝ q̄cq̃ poetaꝝ. noſtris hiſce lr̃is. offen/
di indifferẽter volumus. Ut em̃ duplices ſunt Reuchliniſte. ita
nec eiuſdem ingenij poete omnes. Alij em̃ boni ſunt. alij mali. nec
mali q̃dem in oculis meis. ni ſedes ipa ap̃lica. ac boni deniq̄ꝫ om̃es
tam obſcuros. tamq̄ꝫ degeneres poetas. et leue hominũ genus et
filios iniq̃tatis appellarẽt. Habet profecto Joãnes Reuchlin (vt
de bonis loquar) viros nobiles. doctos. eruditos. ⁊ eloq̃ẽtes. ſui
amãtiſſimos. quoꝝ etiã nõnulli. apto Marte (id quod deteſtari nõ
poſſumus) in pugnã cõgrediunt̃. Habet p̄terea ingenuos pro ſe
adoleſcẽtes. et ſtudioſos aliquot. bonaꝝ artiũ (vt audio) pfeſſores
quos certe (mõ iuſticie et veritati adhereſcant) vnice omnes. ⁊ co/
limus et veneramur. Tũ q̃d de his. magna Chriſto ſpes ſit. et lau/
dis et glorie. Tũ ꝙ generoſus animꝰ. ⁊ honeſtis imbutus diſcipli/
nis Chriſti ſponſã. hereticis fedari p̄uitatibꝫ nõ patiatur. De his
certe viris bonis. optimiſq̄ꝫ adoleſcẽtibꝫ loq̃mur nihil. Nã ſi falſiſ/
ſimꝭ (vt cũ gratia loq̃r) Reuchlini defenſionibꝫ. ſeu potꝰ offenſio/
nibꝫ abiectis. veriſſima theologoꝝ ſcripta. et maxime. q̃ intra dies
octo. p reuerẽdũ Inq̃ſitorẽ hoc ãno ſunt edita. nõ ſolũ legere. veꝝ
iuſta lance. et ad vnguẽ (vt dicit̃) citra ceci fauoris diſſimulatiõeꝫ
examinare dignarentur. ſuo (vt opinor) Capnione deſerto. nobis
proculdubio adhererẽt ¶ Obſcuros igit̃ ſolũ Reuchliniſtas. euã/
gelice charitatis tranſgreſſores. polylegos quoq̄ꝫ. et natura mini/
me cicures. nõ abſq̄ꝫ noſtri moderatiõe inſectamur. dignos ꝓfecto
quos ſapiens poetaꝝ chorus. nobiliſſimorũq̄ꝫ viroꝝ cõſeſſus. ve/
lut degeneres. ac pditiſſimũ genus hominũ. ꝑpetuo deteſtet̃. Qui
dũ manifeſta phreneſi ac furijs (neſcio quibꝫ) vna cũ ſuo Capnio/
ne correpti. alme atq̄ꝫ laudabilis nr̃e vniuerſitatꝭ doctores infama/
re conantur. cimmerijs inuoluti tenebris. omniq̄ꝫ morum depoſi/
ta grauitate. nequiſſimos ſeſe (modo veritas ipſa locum habere
poterit) ſalophantas ac nebulones oſtendunt. ¶ Ceterum. quũ
ad veſtrum ſcelus ac nequiciã. parum aut nihil (vt ſacroſctã ſedes
ap̃lica teſtat̃) addi poſſit. vos deteſtent̃ oẽs neceſſe ẽ. Satꝭ em̃ exp/
recti ſumꝰ in tuẽda eccl̃ie bonarũq̄ꝫ artiũ re p. licꝫ cruẽtiſſimos vr̃e
temeritatis ac ſtultitie dẽtes euitare nõ poſſimꝰ Audacia tñ veſtra
nõ vicet ſtudia nr̃a Gymnaſiũ certe hͣ ẽ. ſacre theologie ⁊ bonaꝝ ar/
tibꝫ ad modũ accõmodatũ. Hic ſacroꝝ canonũ. iuriſq̄ꝫ ciuil̃ maie/
ſtas. Hic Hypocrates Aeſculapius et Galenus ſcholas habent.

Sūt quoqꝫ apud nos. egregia ſcholaſticoꝝ ꝯuēticula. ſūt doctiſſi
moꝝ viroꝝ chori. ſūt diuerſaꝝ linguaꝝ diſertiſſimi interp̄tes. in q̄bꝫ
mira ſciētiaꝝ varietas ⁊ imēſa doctrinaꝝ viget fecūditas. Hic ducū
comitūqꝫ illuſtriſſimoꝝ nō vulgarꝭ eruditio. Hic ꝓfūdiſſimi ſacre
⁊ theologice ꝟitatis ꝓfeſſores. Hic clariſſimi vtriuſqꝫ iurꝭ īterp̄tes
Hic ſalutaris medicine doctores exp̄tiſſimi. Hic acutiſſimi libera-
liū (q̄s vocāt) artiū mḡri. Adſūt ⁊ alij in oībꝰ fere diſciplinis emi
nētiſſimi. penes quos. nihil ſimulatū. nihil fictū. nihil leue. nihil nō
admirādū Tāta fulgent hi oēs. ⁊ ꝯſtātia ⁊ ꝟtute. vt eoꝝ tacita ḡ-
uitas ⁊ fides de vnoqꝫ loquat̃. neqꝫ cuiuſqꝫ ornamēta oratōis ex-
pectet. Omnes maximi aī. ſūmi ꝯſilij ſingulariſqꝫ prudētie viri. ita
etiā. vt Sixtus papa q̄rtꝰ. nr̄e vniuerſitatꝭ decus. ſolidiſſimāqꝫ oīm
integritatē animaduertēs. noſtris p̄cipue doctoribꝰ. oēm hereſeos
ꝑ Alemaniā iniq̄tatē. extirpādā demādarit. Quare felix admodū
ipa Colonia eſt. cū tales habeat viros. q̄les maiores nr̄i. p̄ſcis tēpo
ribus. ſūma veneratōe ꝓſecuti fuiſſēt. Nolūt itaqꝫ obſcuris hoībꝰ
ſubeſſe. qui magnis etiā viris p̄eſſe ꝯſueuerūt. Nolūt vinci. qui vic
trices fidei aq̄las manu p̄mūt. Troes ſūt. Dia ſine Theſeo op̄atur
et ſuū tandē Romani Hānibalē habēt. ¶ Nūc aūt (ſi ita libet) re-
uerēdos nr̄e vniuerſitatꝭ theologos ītueamur Sapiētiſſimi q̄ppe
viri ſūt. nec in aliquo taxādi. Nam pro Chriſto Jeſu dūtaxat ⁊ ca
tholica fide. ab hereticis prohdolor iam diu ſatis īpugnata. cōtra
Joānē Reuchlin. eiuſqꝫ itolerabiles (vt aiūt) errores. nimiū (pro
pudor) nimiūqꝫ (vt dixi) eccl'ie dei. bonorūqꝫ oīm. ⁊ q̄tuor in p̄mis
clariſſimaꝝ vniuerſitatū ſentimēto. tū eccl'ie. tū ap̄l'ice ſedis athle-
te. decertauerūt. Nō equidē vi aliq̄. nō dolo. nō īuidia. nō maligna
intētiōe. nō malo corde. nō ſiniſtra q̄uis circūuentiōe (ita nos deus
adiuuet ⁊ omnes ſc̄ti eius) ſed nimia patiētia. nimiaqꝫ ſui modera-
tiōe. cōſilio etiā ⁊ auctoritate. ac ſapiētia potiſſimū duce. cūcta ꝓſe
quētes. Hoc aūt qui credere recuſarit. theologoꝝ ꝑluſtret libros
et me dicto citiꝰ. verū dixiſſe proclamabit. nec altera (vt dici ſolet)
p̄te inaudita. ſtultā proferat ſententiam. vel ob hoc ſolū. ꝙ centum
eccl'ie doctoribꝰ. longe magis q̄ꝫ vni viro. in ſecularibꝰ dūtaxat lr̄is
erudito aut abiecte ſortis hominibꝰ (quos obſcuros appellitant)
ſit credēdū. Nec eſt inq̄ꝫ ꝙ ſacratiſſimū p̄dicatoꝝ ordinꝭ religiōez
citra iniuriā ac ꝑditiōez aīaꝝ veſtraꝝ contēnere valeatis. Utinā
vobis. ſiue viuētibꝰ ſiue morientibꝰ. tū matutine illoꝝ. tū veſpere. tū
nocturne etiā p̄ces. ⁊ he q̄dem ab omni labe oīmqꝫ vitioꝝ cōtagiōe
immunes. ſuffragari vel in minimo poſſent. longe ꝑfecto melius.
longeqꝫ ſalubriꝰ (ſi verum fateri licet) res veſtre ſeſe haberēt.

¶ Ululate igit̃ in tenebris vos obſcuri ⁊ degeneres Reuchlini-
ſte. q2 ꝓpe eſt dies dn̄i. ⁊ vaſtitas a dn̄o veniet. Adhuc em̄ paulu-
lū modicumqꝫ ⁊ ꝯſumabitur indignatio mea et furor meus, dicit

dn̄s oīpotens. Lauamini. mūdi eſtote. auferte malū cogitationū
veſtraꝝ. Quieſcite perverſe agere. diſcite benefacere. ne retributio
manuū veſtraruꝫ fiat vobis. Abijcite opa tenebraꝝ. induimini ar/
ma lucis. vt in die honeſte ambulare poſſitis. Nō eſt em̄ putādū
oīa vobis licere. niſi ⁊ recta. ⁊ iuſta. ⁊ apta ſint. vt rex Antigonus
cuidā reſpōdiſſe fert̄. Barbaroꝝ regib⁹ oīa licere. nobis dūtaxat. q̄
iuſta ⁊ q̄ honeſta videant̄. ¶ Accendam⁹ ergo lumē noſtre mētis
et in noſtri muneris erga deum adminiſtratōe. oīa prudenter ma/
tureqꝫ agamus. Nemo veſtrū (apl'o teſte) gratiā dei in vacuū reci/
piat. Ecce nūc tempus acceptabile. ecce nunc dies ſalutis. nemini
dantes vllā offenſionē. vt nō vituperet̄ miniſteriū noſtrū Exhibe/
amus noſmetipos in oīb⁹. ſicut dei miniſtros. in ſuauitate. in ſpiri
tuſancto. in charitate nō ficta. in ꝟbo veritatis. in virtute dei. Nō
em̄ vel ad ludū a natura. vl' ad iocū geniti ſumus. ſꝫ ad ſtudia q̄daꝫ
maiora atqꝫ grauiora. q̄ in humilitate ⁊ mānſuetudine ſpūs nō ob/
cure ꝯtinent̄. Si vno dūtaxat epigrāmate Capnionē noſtruꝫ
offendimus. nō plus ego. q̄ꝫ reliq̄ diuerſaꝝ vniuerſitatuꝫ doctores
offenderūt. Nā vt ſup̄ dixim⁹. aliud ē de hereſi ſctē ⁊ iuſte. aliud de
vitijs humanis (que nihil ad reꝫ faciūt. ⁊ falſo a vobis excogitata
ſunt) plus equo ꝯtendere. Querite dn̄m duꝫ inueniri pt. inuocate
eū dū ꝓpe eſt. Derelinquat impius viam ſuā. ⁊ vir iniqu⁹ cogitati
ones ſuas. et reuertat̄ ad dn̄m ⁊ miſerebit̄ eius. ⁊ ad deū noſtrum.
qm̄ multus eſt ad ignoſcendū.. Hec Eſaias. ¶ Rogam⁹ itaqꝫ
vos ⁊ obſecram⁹ in dn̄o Jeſu. q̄ nos redemit p̄cioſo ſuo ſanguine.
nec quicq̄ꝫ ꝯtumeliaꝝ a vobis eſt meritus. vt quēadmodū accepi/
ſtis a ſctō Paulo gentiū doctore. quō vos oporteat āmbulare ⁊ pla
cere deo. ſic ⁊ ambuletis. Eſt em̄ volūtas dei ſanctificatio vr̄a. vt ſci
at vnuſq̄ſqꝫ veſtrū ſuū vas poſſidere in ſanctificatōe ⁊ honore Nō
aūt in paſſione deſiderij ſicut ⁊ gentes q̄ ignorāt deū. Ratōem cer/
te Paulus adijcit nō vulgarē. Uocauit nos (inq̄t) deus. nō in im/
mūdiciā (qua vos ſupra q̄ꝫ cuiq̄ꝫ credibile eſt, delibuti eſtis) ſꝫ ī ſanc
tificatōem. qua nō mō nr̄i. verū ⁊ aliaꝝ vniuerſatuꝫ doctores oīm
p̄mi. ⁊ viue virtutū imagines. ꝯtra manifeſtam multoꝝ falſitateꝫ
Chriſto duce intrepide ꝯſtanterqꝫ militātes ita iuncti ſunt. vt ne/
qꝫ Capnionis veſtri (que nulle ſunt) neqꝫ veſtras (q̄ minoris habē/
tur) ꝯtumelias. in aliquo ꝑtimeſcāt. ¶ Et ne illud p̄tereā. Non
eſt ꝑ deū imortalē inuidie cauſa quā agimus. vt vos falſo ⁊ inſipiē/
ter in prepoſterā Capnionis veſtri defenſionē vulpinamini. ſed fi/
dei dūtaxat ſacre. quā prauis ꝯtaminare erroꝛib⁹ nō chriſtiani eſt ho
minis. ſꝫ diſſoluti poti⁹ ⁊ impuri. Iteqꝫ nemo noſtrū Joanem
Reuchlin. virū catholicū ⁊ inſignē poetā. hereticū eſſe dixit. vt cō
plures veſtr̄ mētiti ſunt. at ſcripta eius (citra tn̄ viri ꝯtumeliā. vt
in ſentētia ab alio q̄dā Inq̄ſitore Colonie ꝓ tribunali lata. ac dein/

cte īpꝛ̄ſſa luce clariꝰ pꝫ)hereſim ſapere declararūt. ¶ Qđ aūt cau
ſa vtrinqꝫ nr̄a. nō ſit inuidie ſꝫ fidei. vl' ex hoc ſolo ꝓbari pt. ꝙ ante
publicā ocularis ſpeculi editōeꝫ. nulla nobis vnqꝫ fuerit cū phor
cenſi Capnione ꝯtētio. Quid igit̄ iniquiꝰ eſt(d't Leo papa. ⁊ habet̄
xxiiij. q. iij. Quid aūt) q̄ꝫ iniq̄ ſapere? Et ꝯtinuo de obſcuris. In hac
(inq̄t)inſipientiā cadūt. q̄ cūqꝫ ad cognoſcendā veritatē aliq̄ īpedi
unt̄ obſcuro. ⁊ nō ad ꝓpheticas voces. apl'icas lr̄as. euangelicas
auctoritates. ſed ad ſemetipos recurrūt. Et ideo magiſtri erroris
exiſtūt. q2 veritatis diſcipuli nō fuerūt. Hec ibi ¶ Hanc ob rem
legite obſecro eodē diligētie ac pietatis oculo theologoꝝ ſcripta
quo Reuchlinica legere ꝯſueuiſtis. ne rerū oīm. vltro citroqꝫ acta
rū rudes. ꝯtumelioſam Chriſto. boniſqꝫ oībꝫ. ſcandaloſam ꝓfera/
tis ſentētiā. Quippe. nō om̄is ignorās īmunis eſt a pena. Ille em̄
ignorās pt̄ excuſari a pena. q̄(vt Augꝰ. vult in libro queſtionuꝫ. et
habet̄. xxxvij. ca. vltimo)qđ diſceret nō īuenit. Illis aūt ignoſci nō
poterit. q̄ a quo diſcerēt habētes. operā nō dederūt. Hec oīa diuus
etiaꝫ ille Ciprianꝰ. p v̄ba Pauli apl'i (q̄ habentur diſt. viij. Coſue/
tudo)pulcherrime ſubſcribit. Et Ariſto. quoqꝫ lib. ij. Rheto. Tur
pe putat ignorare. qđ oībꝫ ſcire ꝯueniat. Hinc eſt qđ Hieron̄. hꝫ in
originali ſup amos. ⁊. maxime ꝯtra eos. q̄ affectato execati fauore
veritatē audire ꝯtēnūt. Quicūqꝫ(ait)vel ꝯſanguinitate. vel amici
cia. vel ecōuerſo hoſtili odio. vel inimicicijs iudicādo ducit̄. puer/
tit iudiciū dei Chriſti q̄ eſt iudicia. ¶ Poſtremo aūt. ſi in fermē/
to malicie ⁊ neq̄tie. hoc eſt vr̄a malicia(q̄ ſm̄ Ambroſiū in Exame
ron. eſt mētis atqꝫ animi deprauatio. queqꝫ fallax eſt ī nocēdi rō(vt
magnꝰ ille Cicero. libro tertio. de natura deoꝝ teſtatur)impudēter
(qđ abſit)pſeuerare volueritis. aīam ꝑfecto veſtrā occidendo vna
cū rege veſtro(quēadmodū Regum. p̄. c. xxij. et Sapie. c. xvi. priſci
nobis ſcriptū reliq̄re) actutū peribitis. voſqꝫ ſero reſipuiſſe phry/
gū more lamētabimini. Nā q̄ iuſtificat īpiū (vt habet̄ ꝓuerb. iiij.)
et iuſtū ꝯdēnat. vterqꝫ abominabilis eſt apud deū Itēqꝫ ſi vidē
tes videre. ſi audiētes audire. ſi intelligētes intelligere. ⁊ ꝓphanis
deniqꝫ auctoribꝫ. ſacros eccl'ie doctores anteponere nolueritis. ma
ledicti eritis (vt habet̄. xi. q. iij.)apud deum ⁊ homines. ⁊ increpa/
tione tandeꝫ ſeueriſſima corripiemini. Eritqꝫ deus iudex inter vos
et nos in extremo iudicij die. Qui licet gradu lēto (vt eſt apud Va
leriū Maximū. libro primo. de neglecta religione) ad vindictaꝫ ſui
procedat. ſupplicij tn̄ dilatōem intolerabili quadā grauitate cō/
penſabit. ¶ Si aūt vel Capnion ipē. vel vos obſcuri ⁊ theolo/
gis noſtris. ⁊ mihi deniqꝫ Ortwino indignari abs re volueritis.
veſtri tn̄ erit tum officij. tum humanitatis nō ignorare. vos vna
om̄es. tam ſcribendo q̄ꝫ offendendo ſemꝑ fuiſſe priores. Nec eſt
qđ mihi q̄s de manuali ſpeculo Joannis pepericorni neophiti(ho

minis ꝑfecto chriſtiani ⁊ viri boni) quicqꝫ obijciat. quū anno dñi M.ccccc.xj. Colonia ad annū abſens. in ſuperiore illud Alemania nobis ignorantibꝫ cōpoſuerit. Sitqꝫ Mogūtie (vt metipſe Capnion in ſua defenſione. folio. iij. facie ſecūda. lucidiſſime ꝓfitetur) p chalcographū illic habitantē nūdinis aprilibꝫ impreſſuꝫ. Naturali itaqꝫ iure tanqꝫ firmiſſimis quibuſdā anchoris muniti. ⁊ intolerabilibꝫ ſepenumero laceſſiti iniurijs. nō indecēter ꝓ noſtra paruitate citra cuiuſcūqꝫ indignationem reſpondimus. Vocamuſqꝫ deū in teſtem ⁊ oīes ſanctos. noſtre cōſcios innocentie. nec deum modo ac ſanctos eiꝰ verū ⁊ optimos, quoſqꝫ Chriſti dei amatores qui nos piam iuſtamqꝫ habuiſſe cauſam perpetuo teſtabūtur.

¶ Modo aūt ſi quis ſcire voluerit. quā potiſſimuꝫ ob cauſam Capnioni nō adhereſcam. quū tñ politiores literas in alma vniuerſitate Colonieñ cōpluribꝫ annis publice ꝓfeſſus ſim. Reſpondeo me nō Capnioni. ſed preceptoribꝫ meis. fidei ac ſynceritatis iuramentū preſtitiſſe. Ego datā ſeruabo fidem. neqꝫ hinc mihi q̄cqꝫ turpitudinis accreſcet. etiā ſi me tota deglubat obſcurorū cohors. Ceteri quid agant cōtueant. ¶ Quid multis? Ceſſate obſecro (o vos obſcuri) viros bonos petulantiſſima cōſectari lingua. Ceſſate morbo ꝑcacitatis veſtro vti. Nolitote vnūquēqꝫ moribꝫ vr̄is eſtimare. Deſinite Capnionē (virum alioqui doctū ⁊ preſtantē) veſtris ꝯtumelijs obumbrare. Deponite faſtū. ſupbiam. temeritateꝫ arrogantiam. ⁊ reliquas anime peſtes. Immundicia. turpitudo. ſtultiloquium. ſcurrilitas. haud nominent in vobis. Nemo vos vel cōmentitijs defenſionibꝫ. vel inanibꝫ ſeducat verbis. ꝓpter q̄ (vt Paulo placet aplo) ira dei in filios venit diffidentie. quorum participes eſſe nō debetis. Audiui vos palinodiā in lamentatōibꝫ veſtris decantaſſe. et bene q̄dem. Eratis eīm tenebre (idē ad Philip. ait) nūc aūt lux in dño. Ut filij lucis ambulate. cuius fructus eſt in oīm bonitate. iuſticia ⁊ veritate. Valete in chriſto Jeſu dño noſtro. Colonie ex felici noſtra academia Anno a natali chriſtiano. M.ccccc.xviij. ſexto Idus Martias

¶ Sapphicū eiuſdem Ortwini Gratij Chriſti ſacerdotis contra Obſcuros. bonis omnibꝫ incognitos.

Mordeat te liuor edax libelle
Et theonino lacerere morſu
Qui leui venis precio. lareſqꝫ
Linquis amicos.
Inſolens recti fugiat decorem
Capniomaſtix nihil hinc reuellat
Exul hic mentis. vel iners minerue
Sibila muſſet.

Expuat q̄uis rabidum furorem
Ora diſtorquens ſceleratus erro.
Et lacer ſeuo iaculetur auſu
Fulmen inerme.
Te tamen nullum facinus libelle
Territet. quod tu vereare miſſus
Sedibus noſtris. tua ſummus optat
Dona ſacerdos
Barbarum parui facies popellum
Et gregem hircoſum. laceraſqꝫ turbas
Que viros nunq̃ pietate claros
Laudibus ornāt
Hos rudes turpis docuit Celeno
Putrido ventris taminare fluxu
Omne. quod chriſti titulos. decuſqꝫ
Nobile ſeruat
Quo ſacre tandem ſophie magiſtris
Te pium preſtes. ꝛ apoſtolorum
Gratiam ſumas. venerare ſummi
Numen olympi.
Cui velim dicas. tuus hec decenter
Gratius ſcribens. petit vt beatam
Neſtoris vitam. phrigiiqꝫ degat
Secula vatis

## Sequitur epiodiū. quod Colonie ī eccl'ia predicatorū. ad Gherardi Zutphanienſis Theologi. viriqꝫ (dum vixit) clariſſimi ſepulchrū dependēs. in ep'lis Obſcurorum nequiter eſt immutatum

Hoc quicūqꝫ vides ſaxum ſubſiſte viator
Et ſubito largis fletibus ora fluant
Urbis Agrippine caſum. lamentaqꝫ noſcat
Orbis. ꝛ inſurgant poſtera ſecla queri
Occidit ante diem. fati crudelibus auſis
Doctor. in hac quondam maximus vrbe ſophos
Relliquias ſummi breuis hec capit vrna magiſtri
Cuius ad interitum. ſacra Minerua gemit
Gherardo huic nomen. ꝛ huc Zutphania miſit

Diues opum. patria. ſicqꝫ Sycamber erat
Huic ſimul, ingeniū. feruens. ſublime. profundum
Maius Ulyſſęo Dedalioqꝫ fuit
Ignea vis etiam. pleno cui Copia cornu
Optima de multis. vel mage cuncta dedit
Aurea cœleſti tulit hinc propagine mala
Non ager heſperidum. quę nec hymetus habet.
Ceſpite de viuo. violas. menthamqꝫ. crocumqꝫ
Legit. et aureolis. lilia miſta roſis.
Dulcifluoqꝫ ſatur. diuini nectare roris
Theologos inter. lumen honorqꝫ fuit
Multiplicis rerum formas. abſtruſaqꝫ nouit
Condita naturę. cœlicoliſqꝫ deis.
Conſultos inter iuris. Legumqꝫ peritos
Cordatum geſſit doctiloquumqꝫ virum
Pro Chriſti grege ſollicitus. vigilantior Argo
Et Capitolinę. maximus ędis. honos
Libera mens. rectiqꝫ tenax. et neſcia falſi
Virtutum cunctas accumulauit opes
Hic igitur notus. croceo quo phœbus ab ortu
Surgit. et occiduas pronus vbi intrat aquas
Huius et (vt dignum eſt) manet. ęternumqꝫ manebit
Gloria. victuro perpetuata die
Non tamen hinc abeat quiſqꝫ. quin poplite flexo
Pro doctore. pias fundat ad aſtra preces.

## In perfidos Iudeos Epigrāma eiuſdem Ortwini cuius etiā eſt carmen precedēs

Impia gens hominū. gens ferrea. gens male ſperans
Tendit ad obſcuros. tartara nigra. lacus.
Omnia vincūtur manibus. ſic marmora ferro
Saxaqꝫ de facili ſepe cauantur aqua
Sanguine molleſcit adamas. glacialia phœbo
Frigora. et a phœbo ſoluitur omne gelu
Monſtra quot Alcides domuit? quot carmine manes
Thraycius orpheus mouit? et ore feras?
Saxa quot Amphion? quot methymneus Arion
Delphines? Thamiras quot miſer ipſe deas?
Nullo hec mutari poterit gens improba verbo
Improba. que vere eſt. trux. ſcelerata. rapax.
Lucifuga. inconſtans. nullo mutabilis euo
Deucalionea vix renouanda manu



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hec niue frigidior. vel ſaxo durior omni
  Nec minus hircana tygride ſeua latet
Hoc ſcelus indignū gelido ſub corde volutat
  Et crudelis alit pectora ceca furor

## Aliud in Iudeos ad dei laudē ꝙ ex illis nōnulli ad fidem cōuertantur.

## Epigramma eiuſdem

Creſcit honor Chriſti. gaudent pia numina celo
  Et Iouis etherei. gaudia mater habet
Exultant ſuperi. celum letatur. et omnis
  Angelicus decimo gaudet in orbe chorus
Gaudia mortales agitant. noua gaudia mundus
  Suſcipit. et leto ſcandit ad aſtra gradu
Nam Solymi. genus infelix. ſemenqꝫ nephandum
  Turpia nunc tepidis fletibus ora rigant
Poſt lachrymas fundunt gelido de pectore queſtus
  Et furor immitis. languida corda. fouet.
Plumbeus in vultu color eſt. ſunt lumina ceca
  Aggrauat ingratus. ſegnia membra. dolor.
Quid mirū: cecidere omnes. victiqꝫ repugnant
  Artibus incultis. femineaqꝫ manu
Non latio. non hoſtili. non deniqꝫ noſtro
  Sed recutita ſuo concidit enſe cohors
Ho copus a multis agitur. qui tecta malorum
  Sacrilegūqꝫ ſimul. deſeruere genus.

¶ In memoriā honeſtiſſimi doctiſſimiqꝫ viri dn̄i et mgr̄i Joānis wanger de Nurtingē ſacre theologie licētiati Agrippinēſis quoqꝫ gymnaſij (qđ nr̄i lauretū. greci vo daphnona vocāt) regētis ꝓui-di. Carmē hoc ſepulchrale elegiacū Ortwinus Gratius bonarū artium profeſſor edidit.

Qui venis huc ſupplex templi Luſtraor et arę
  Aſpice quem ſignant carmina noſtra taphum.
Sub quo virgineum corpus. venerandaqꝫ diuis
  Chriſticolumqꝫ gregi. dulciter oſſa cubant.
Hic iacet ante pedes victuro dignus honore
  Qui ſophię quondam frugifer auctor erat.
Occidit heu nimium crudeli funere raptus
  Cuius ad interitum pulpita docta ſilent.
Nomen Joannes huic Nurtingenſis. in omne
  Tempus. et extenta poſteritate ſacrum.

Qui fuit in cunctis ſapiens. ſermone modeſtus
Felle carens. nulla ſimplicitate vafer.
Virtutum exemplar. nulli probitate ſecundus
Nobilis ingenio. nobiliorq; fide.
Cui nil (ceu notum eſt) deus aut natura negauit
Quo minus et fœlix mente animoq; foret.
Mollia contemnens vitioſę gaudia carnis
Calcauit Ciprię colla nephanda deę.
Sontibus hic ſemper grandis pauor. et vitiorum
Cenſor. honeſtatis iuſticięq; parens.
Hunc ſimul integra et non ficta mente colebant
Ingenui iuuenes. decrepitiq; ſenes.
Ocia. delicias. ſomnos. conuiuia. ſpernens
Seruarat modico membra tenella mero.
Moribus expreſſit Socratem. vultuq; Catones
Doctrina Albertum. relligione Numam.
Conſeſſuſq; virum ſanctos virtutibus ornans
Gemma ſacerdotum. luxq;. decorq; fuit.
Nec minus oſtendens quę nam via prima ſalutis
Eloquio fudit chriſmata ſacra ſuo.
Tres comites huic ſemper erant. Eros Elpora Piſtis
Quis mage q̄ credas arſit amore dei.
Iunge his Metrioten. Phrenādreamq;. ſorores
Cumq; Promethea ſume Dicaſpoliam.
Sic pia mens. rectiq; tenax. et neſcia falſi
Seruat olympiacę regna beata domus.
Nobilis optato nobis tam fertile germen
Sueuia. virtutum non ſine fruge. dedit.
Et q̄uis celos teneat (quod credimus omnes)
Attamen acceptat vota preceſq; deus.

M. Ortwinus ad Lectorem.

¶ Hec noſtra carmina. q̄liacumq; etiā ea ſint. hac potiſſimū rōne adiecimus vt luce clarꝰ oſtendat Reuchliniſtas quoſdā impudētiſſimos. falſitatis crimine reos eſſe. et nos (vt poſtremū indicat carmē) ſupioris Alemanie alūnos. maximi ſemper feciſſe. mihiq; in hunc vſq; diem fuiſſe chariſſimos. Vale feliciter. Nec in malam partem interpretare. ꝙ infinitis ego laceſſitus iniurijs. citra Capnionis indignationē. modeſte ſatis illis reſponderim.

¶ Colonie ex edibus Quentelianis Anno M.ccccc.xviij. quinto Idus Martias.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]

... in quo est sanus ... [illegible] ... instrumentum ... [illegible]

[illegible]

... non est [illegible] ... esse instrumentum ... [illegible]

[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5974